3 - 3 - 5

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVIII
B
3
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

D. CHRISTIAN. FRID. GEORG. MEISTERI

BIBLIOTHECA IVRIS NATVRAE ET GENTIVM

PARS PRIMA

GOETTINGAE

IMPENSIS ABRAM VANDENHOECK

MDCCXXXXIX.

B. R. NEAPOLIS

Digitized by Google

L. S.

Paruum librum magna onerare praefatione nolo. Vt igitur de ea, quae ad emittendum publicam in lucem hunc libellum me impulit, cauſa conſtet, atque, quomodo in meo labore verſatus ſim, Lector edoceatur, paucis efficiam. Ad

haec enim duo redit omne, quod monendum videtur. Nimirum, qui ſciunt, *Bibliothecam iuris imperantium quadripartitam*, Norimbergae Anno 1727. 4. prodiiſſe, Illuſtrem vero GLAFEYVM, ſuae hiſtoriae iuris naturae & gentium, bibliothecam eiusdem iuris ſatis magnam adiunxiſſe; GEORGIVM ANDREAM VINHOLDVM quoque *Notitiam ſcriptorum iuris naturae* Lipſiae anno 1723. 8. edidiſſe, ex illis, inquam, erunt fere, qui laborem me ſuſcepiſſe inutilem, aut, horum virorum expilaſſe libros ſibi perſuadere poſſent. Quamquam inſpectio mei libelli, eiusque cum laboribus iſtis comparatio inſtituta facile me ab hac iniuria liberent: quia tamen multi de libris, quos legerunt nunquam, iudicare ſolent, his alia ratione ſatisfaciendum erit. Verum eſt, fateor, auctorem Bibliothecae quadri-

quadripartitae, quisquis etiam ille ſit, egregiam praeſtitiſſe operam, & quod ad accuratam librorum narrationem ac ſinceràm diiudicationem eorum ſpectat, reliquos longe ſuperaſſe; ſed, vt taceam, auctori animum non fuiſſe, omnes omnino iuris naturalis recenſere ſcriptores, in iis ipſis materiis, quarum ſcripta exhibet, aliis haud exiguam reliquiſſe ſpicilegium, & ipſe in praefatione fatetur, & qualiscunque labor noſter comprobat. Accedit & hoc, quod auctor etiam eos libros, quos viri in iurisprudentia naturali maxime celebres ſcripſerunt, ad hanc diſciplinam non pertinentes, illorumque vitas bibliothecae ſuae inſeruerit, hocque ipſo, librum quidem ſuum, ſed non bibliothecam iuris naturae grandiorem fecerit.

De induſtria etiam auctor de conquirendis minutis iuris naturae ſcriptis omnibus, velut diſſertationibus & programmatibus academicis haud fuit ſollicitus, quis vero eſt, qui, libros ex magnitudine non aeſtimandos, aut, ſaepe in paucis plagulis plus veritatis & eruditionis, quam multis magnae molis voluminibus deprehendi, neſciat? Tantum itaque abeſt, vt bibliotheca iuris naturalis, quoad eius fieri poteſt, perfecta, minoribus ſcriptis carere poſſit, vt potius haec ipſa iſtius potiſſima ſaepe ornamenta eſſe oporteat.

Transgredior ad Ill. Glafeyvm. Si quidem ſpectes numerum Scriptorum ad iurisprudentiam naturalem facientium, magnum eorum compilauit cumulum; at, non debita cum cura; negotia

enim

enim grauia & multa, quibus illuſtris vir diſtrictus eſt ſemper, non permiſerunt, vt ipſa inſpexerit ſcripta, ſed eum, vt veroſimile eſt, ad fidendum catalogis librorum, alienisque oculis coëgerunt. Quibus rebus factum eſt, vt ſaepe in bibliotheca Glafeyana ſola auctorum nomina, ſine titulo libri, interdum etiam & hunc & illa manca corruptaque videas. Paucis: hic labor index potius bibliothecae iuris naturae & gentium, isque imperfectus, quam ipſa bibliotheca appellari meretur. Equidem aliquot ante annos editis duobus additionum atque emendationum ſpeciminibus ſtabulum hocce purgare aggreſſus ſum, ſed labor nimis aerumnoſus me ab vlteriori continuatione deterruit. Ingenue, quod ſentio, dico, ſed veritate duce; neque etiam verendum mihi eſt, ne Ill. Glafey hanc iudi-

candi libertatem aegre laturus ſit; inter omnes namque conſtat, etiam in hoc ſtudii genere, ab Eo nihil, niſi excellens profecturum fuiſſe, ſi per negotia concatenata, & tempus ipſi maiorem impendere laborem licuiſſet.

Vinholdi denique *notitiam Scriptorum iuris naturae & gentium* laudes quidem mereri, in ipſa hac noſtra bibliotheca *pag.* 241. dictum eſt; verum enimvero cum iſte libellus CCLXXXVIII. tantum auctores, ſcriptaque CCCC. & quod excurrit, complectatur, quilibet aequus rerum iudex, Vinholdum labori meo eſſe impedimento non potuiſſe, largietur.

Reſtat, vt quam viam in elaboranda hac bibliotheca ſim ingreſſus, aperiam.

riam. Primam & potiſſimam mihi legem dixi, vt omnia quorum copia hic loci fieri poſſit, oculis meis viderem ſcripta, ne vterer temere aliena fide, erroremque facile de charta in chartam transſcriberem. Inſpexi igitur libros ad ius naturae pertinentes, quos capit Bibliotheca publica academica, atque euolui, quae ibidem habentur, diſſertationum, programmatum, aliorumque minorum opuſculorum collectiones, exque iis, quae in rem meam faciebant, ſelegi. Intraui deinde bibliothecas locupletiſſimas, Gebauerianam, Feuerlinianam, atque Treuerianam, & ex his viridariis flores conquiſiui. Nec ſilentio praetereundi ſunt alii Viri Celeberrimi, ex quibus S. V. Heumannum, Ill. Ayrerum, Excellentiſſimumque Hollmannum nominare liceat, qui pro humanitate ſua, varia iu-

ris naturalis ſcripta mecum communicarunt; opem quoque tulit ipſe, cuius impenſis prodit hic liber, Bibliopola, qui recens edita opuſcula ex officina ſua ſubminiſtrauit.

Videram ſic, atque in vſum meum conuerteram ſcriptorum iuris naturalis maximam partem. Cum autem fruſtra expectetur bibliotheca iuris naturae completa, in qua nullus liber, niſi ab ipſo collectore viſus occurrat, & alienam nunquam ſequi velle fidem, ſcepticismum litterarium redoleat ineptiſſimum; ſecundam mihi ipſe poſui hanc normam, vt deficiente fonte ipſo in conquirendis iuris naturae ſcriptoribus, recurrerem ad eos riuos, qui plenam atque publicam fidem habent. Niſi itaque grates mihi habendae ſunt, ignoſcendum tamen,

men potius, quam vitio vertendum, quod multo labore, patientiaque ſatis amara, acta Eruditorum Lipſienſia, Noua Litteraria Maris Balthici, Acta ICtorum, Juriſtiſchen Bücher-Saal, Allerneueſte Nachrichten von Juriſtiſchen Büchern, aliaque Diaria litteraria voluerim atque reuoluerim, ſcriptoresque iuris naturae, quos ipſos inſpiciendi poteſtas data non fuit, collegerim.

Falluntur, qui exiſtimant, in his, quorum feci mentionem, documentis litterariis, recenſeri omnia iuris naturalis ſcripta, multa enim imprimuntur, programmata, multae diſſertationes, quibus in eis locus non datur, multi etiam libri ius naturae illuſtrantes emiſſi fuerunt eo tempore, quo noua litteraria nondum vſu veniebant. Quae ergo ſcri-

pta

ſta non vidi, neque etiam eorum mentionem in nouis litterariis inueni, ex libris hauſi eorum, quorum fidem ante exploraueram, & integram deprehenderam; quo imprimis, Auctorem bibliothecae quadripartitae, Vinholdi notitiam, Buderi bibliothecam Struuii iuridicam, Kahlii bibliothecam eiusdem philoſophicam, Seelenii bibliothecam Breitenauianam, Molleri Cimbriam litteratam, Bibliothecas vtriusque Fabricii, Göttenii, Rathleſii, atque Strodtmanni eruditam praeſentem Europam, Andr. Ant. Stiernmani Aboam litteratam, Manes H. Grotii ab iniquis obtrectationibus vindicatos, Stollii Bibliothecam & hiſtoriam litterariam, Reimmanni Catalogos & Introductionem in hiſtoriam litterariam, Heumanni Conſpectum Reipublicae litterariae refero. Quoniam e-

tiam

tiam ex diligenti ſcriptorum iuris naturalis eorum, quae in ſupplementis Ienichianis ad Bibliothecam Lipenii extant, cum eis, quae vidi ipſe, collatione, optimam Ienichii fidem, ſtupendamque in accurata librorum nominatione diligentiam expertus ſum, viri huius de hiſtoria litteraria immortaliter meriti, neceſſitate exigente, fidem ſequi nullus dubitaui. E contrario autem, ſaepe ſcriptum, quod extra Illuſtris Glaſeyi, Viri alias magni, bibliothecam iuris naturae & gentium, vel ipſius tantum Lipenii bibliothecam ſine Ienichianis emendationibus, reperire non poteram, ex mea bibliotheca exulare, quam in eam recipere, rationibus motus ſat grauibus, malui.

Ne

Ne vero libellus meus magis catalogus, quam bibliotheca iuris naturae euadat, de forma atque ſcriptorum editionibus explorandis ſollicitus fui; iſtam vero, programmatibus, & diſſertationibus ſingulis, vtpote plerumque *quartam*, adiicere ſemper, laborem eſſe ſuperfluum reputaui. Praeterea, quantum per tempus licuit, contenta libellorum multorum paucis expoſui, iudiciaque de eis, aliorum, vel mea addidi; quem vtrumque laborem multis non ingratum fore, ſperare licet.

Partem primam ſequetur mox ſecunda, qua tamen iuris naturae & gentium bibliotheca haud abſoluetur. Per-

gam

gam enim, ſi Deus vitam conceſſerit, in colligendis iuris naturae ſcriptis, poſt haec tempora prodeuntibus, & iis quae in his duabus partibus omiſſa eſſe deprehenſurus ſum; defectus & alia vitia libelli mei, quae aut ab aliis, aut a me animaduertentur, emendabo & ſupplebo; ſcripta nouiter vulgata, & ea, quorum in bibliotheca hac nondum habentur contenta, in compendium mittam; ac ſenſim, ſenſimque hanc bibliothecam, tertia, quarta, & fortaſſe pluribus partibus continuabo.

Ingenue faſſus ſum, per quos profecerim. Non gloriam in labore magnae induſtriae & paruae eruditionis ſed praemium

mium quaero, quod beneuolentia hu-
maniſſimi lectoris maius non opto, hac
enim labor meus abunde compenſabitur.

Scripſi Göttingae d. XXV. Iulii
A. O. R. MDCCXXXXIX.

A.

ABDICATIO.

IOH. CHRISTOPH BECMANNI diſſ. de abdicatione regni Francof. 1671.

IACOB. CARMON diſſ. de abdicatione liberorum Roſtoch 1733.

IVST. CHRISTOPH DITHMAR diſſ. de abdicatione regnorum aliarumque dignitatum illuſtrium, tam ſecularium quam eccleſiaſticarum Frf. 1724. in Collect. Diſſ. p. 185. ad 216.

Haec diſſertatio, iudicante ita IENICHENIO principatum tenet inter cuncta opuſcula, quae de abdicatione regnorum & dignitatum vmquam aſpexerunt lucem.

IOH. GVNTHERVS de abdicatione regni Lipſ. 1682.

IOH. CHRISTI. MVLDENERI poſitiones inaugurales, in quibus iuris naturae definitio & fundamentum, abdicatio regni, ius primariarum precum & alienatio

lienatio geradae explicantur Erfurt. 1692. auctae & ſuppletae Hal. 1698.

VLR. OBRECHTVS de abdicatione Caroli V. Imperatoris. Argent. 1670.

GOTHOFR. OLEARII diſſ. de principe magiſtratu ſe abdicante Lipſ. 1702.

Monet auctor, non ſemper magnifice de principum abdicationibus ſentiendum eſſe. Hinc docetur, quo tandem animo magnos honores abiicere oporteat eum, qui virtutis auſpicia ſecutus eos abieciſſe videri velit. Poſt haec illuſtria principum abdicantium exempla ex hiſtoria colliguntur v. gr. Dauidis, Regum Aethiopum, Romuli, Seruii Tullii, Syllae Luculli, Octauii, Neruae, Maximiani, Theodoſii III. Imp. Conſtantinop. Michaelis Rancabis, Manuelis Comneni, Ioannis Canacuzeni, Veremundi, Rachis, Ludouici Pii, Vinigiſi, Lotharii, Ardoini, Ludouici Haſſ. Comit. Guilielmi Holland, Comit. Friderici Duc. Saxon. Caroli V. Chriſtinae Reg. Suec. Iohannis Caſimiri Reg. Polon. Vltimo denique loco in ſingulis his inquirit, in interiores, quae animis eorum obuerſatae ſint, cauſas, quibus impulſi faſces & reliquum imperii faſtum cum vita priuata commutauerint.

EBERH. RVD. ROTHIVS de ſpontanea imperiorum abdicatione Ulm. 1682.

ID. de coacta imperiorum abdicatione ibid. 1685.

G. S.

C. S. SCHVRZFLEISCHII diſſ. de abdicatione principum. Wittenb. 1671.

SAM. FRID. WILLENBERG diſſ. de veneratione erga principem poſt abdicatum imperium Gedan. 1723.

Diſſertatio lectu digniſſima. I.

ABORTVS.

IOH. HADR. SLEVOGT num maturus foetus ſeruandae matris cauſa occidendus? aut abortus prouocandus ſit vt mater grauida a magno morbo morteque liberetur? Ien. 1710.

IOH. PHIL. SLEVOGTII diſſ. de crimine abortus. Ien. 1705.

Diſſertationis verus auctor eſt Io. Paul. Kreſſius, qui eandem, Slevogtiano fretus praeſidio, pro conſequendis ſupremis in iure honoribus publice propugnauit. Neque enim ea latini ſermonis elegantia venuſtateque conſcripta eſt, qua cuncta Slevogtiana opuſcula ſeſe commendare ſolent, ſed ſcribendi genus redolet Gloſſatoribus familiare. Quamuis Lectorem non dimittat ſine fructu vtilitateque inſigni. Sunt verba Ienichenii.

MART. ALPH. VIBALDVS contra procurantes abortum, extat cum Candelabro eiusdem Venet. 1602. 4.

IOH. FRID. WVCHERERI diſſ. de moralitate abortus. Ienae 1712.

Diuiſa haec diſp. eſt in III. Sectiones, quarum prima abortus naturam & rationem formalem exhibet. In IIda, quae eſt huius loci, de moralitate abortus agitur & oſtenditur, hic de abortu illo, qui hominis ſtudio procuratur, ſermonem eſſe, eumque iure nat. turpem eſſe, id quod hoc fere modo demonſtratur: foetus in vtero latens non factus eſt ab homine generante; ſed dependet ab alio. Illud aliud non eſt ens finitum, ergo infinitum quod Deum appellamus. Si foetus eſt efficienter a Deo, ſequitur, Deum velle conſeruationem eius, ſiue ſit perfecte elaboratus, ſiue adhuc conſiſtat in primis rudimentis. Concluſ. I. Ergo, qui deſtruit, quod Deus vult conſeruari, iniurius eſt in Deum hominemque, qui conſeruari poterat. Concl. II. Ergo peccat in ius naturae, turpitudinemque ſibi contrahit naturalem. Sectio tertia recenſet huius delicti poenarum diuerſos gradus, & diuerſa genera.

ABRAHAMVS.

CHRPH. ANDR. BVTTNERI diſſ. de factis quibusdam Abrahami ſecundum ius naturae conſideratis Altd. 1727.

IOH. EVERH. ROESLERI diſſ. de facto Abrahami, imolatione Iſaaci, Geneſ. 22. deſcripto. Tubingae 1713.

ACCEPTATIO.

NICOL. HIER. GVNDLING Anmerckungen, ob in Schenckungen nach dem Recht der Natur eine acceptatio nöthig ſey? In Gundlingianis P. 29. pag. 315-321.

ACCISMVS.

IOH. HENR. BARTH de acciſmo ſ. ſimulata recuſatione eius, quod maxime cupimus. Ienae 1708.

DANIEL BARTSCHIVS de acciſmo licito. Lipſ. 1701.

ACHAB.

MAR. RHODIVS de proceſſu iniuſto regis Achabi contra Nabothum 1. Reg. 21. Erf. 1696. 4.

ACQVISITIO.

IOH. BACKE diſſ. de acquiſitione originaria iuris in perſonam. Baſil. 1660.

ARN. MAVR. HOLTERMANN de acquaeſtu bellico Marp. 1671. 4.

IOH GEORG. KVLPISII Collatio philoſophiae Grotianae cum principiis iuris romani circa acquiſitiones iuris gentium ad Hug. Grotii L. II. C. VIII. de I. B. & P.

In Diſſ. Acad. p. 329-351.

TOB. MOEBII diſſ. de acquiſitione bellica. Lipſ. 1650.

ACTIO.

DANIEL BERGRINGERVS de actionibus humanis earumque differentiis. Vltrai. 1656.

IOH. CASPAR. BRENDELII principium proximum actionum humanarum. Witt. 1683.

IDEM de circumſtantiis actus humani moraliter boni Witt. 1689.

IO BOESE de illuſtri actionum humanarum principio, proëreſi. Regiom. 1705.

CHRIST. BREITHAVPT diſſ. de principiis actionum humanarum Hal. 1714.

Sectio I. agit de natura & indole actionum humanarum, II de principiis earum, & quidem cap. 1. de ſpontaneo & conſultatione, cap. 2. de voluntate electione, voluntatisque libertate.

Decas poſitionum circa principia & affectiones actionum humanarum Witt. 1689.

IOH. EICHELII diſſ. de actionum humanarum libertate Helmſt. 1652.

EIVSD. diſſ. de principio actionum humanarum ibid. 1672.

IOH. EISENHART de actionum humanarum moralitate & indifferentia Helmſt. 1679.

CHR. MICH. FISCHBEK de bona intentione ad actionis bonitatem minime ſufficiente Witt.

EIVSD. diſſ. de actus mali cauſa. Wit. 1699

IOH. NIC. FREY nullitas actionum hominis indifferentium Giſae 1700.

IOH.

IOH. DAN. GIHNLEIN de actionum humanarum natura & diuiſionibus Coburg.

CHRIST. GOTTWALD de actionibus hominibus naturalibus Lipſ. 1719.

HENR. GVTBERLETH de actionum moralium differentiis. Dauent. 1632.

GEORG. ALBR. HAMBERGERI diſſ. de natura actionum humanarum.

IOH. FRID. HENNIGKA, de non exiſtentia actionum indifferentium ſecundum indiuidua Lipſ. 1680.

IOH. THEOPH. KEVLING de intentione actionem malam non mutante Hal. 1704.

HENR. KLAVSING de interna bonitate & malitia actuum moralium Witt. 1709.

POLYCARP. LYSERVS vnde actionum dependeat moralitas Lipſ. 1678.

FRID. MENZ diſp. actionum humanarum normam in ſocietate improprie dici legem naturae Lipſ. 1711.

GVST. PHIL. MOERL modus dirigendi omnes actiones noſtras ad gloriam Dei. Altd. 1701.

IOH. MVLLERVS de actionibus elicitis Witt. 1672.

SIM. HENR. MVSAEVS de actio-

num moralitate, circa quas ius naturae verſatur. Kil. 1690.

MATTH. PALVMBIVS de eo, quod primum & vltimum eſt in actionibus humanis Jen. 1679.

GEORG. PASCHIVS de actionum humanarum principio Kil. 1696.

JOH. REICHII diſſ. de habitu corporis humani ad actiones morales ad Budd. Philoſ. Pract. P. I. c. II. à §. 139. ad finem. Hal. 1700.

JOH. EVERH. ROESLER diſſ. de principiis actionum humanarum. Tubing. 1706.

CHRIST. ROEHRENSEE de moralitate actus humani interioris Witt. 1701.

IDEM de actionibus elicitis Wit. 1694.

IDEM de actione morali ibid. 1676.

EIVSD. diſſ. de actione maioris mali ibid. 1677.

JOH. RICHTERI diſſ. de principio actionum humanarum. Kil. 1670.

NIC. CHRPH. REMLING de cauſa actionum moralium. Witt. 1684.

HENR. GOTTL. SCHELLHAFER de indole legis permittentis ſeu de principio actionum licitarum. Lipſ. 1729.

HENR. IVL. SCHEVRL de principiis actionum humanarum. Helmſt. 1648.

SYLV. SCHMIDT de actionibus meritoriis Jen. 1687.

CARL

CARL. SAM. SENFF de actionibus elicitis. Lipſ. 1687.

JOH. FRID. SCHNEIDER de norma actionum moralium Hal. 1698.

CHR. GEORG SCHVSLER de natura actionum humanarum. Hal. 1720.

CHRIST. FRIDR. STIEGLITZII diſſ. de internarum actionum malarum poenis Lipſ. 1747.

GEORG. THEGEN de actionibus hominum in ſe & ſua natura non ob legis prohibitionem malis Regiom. 1701.

VAL. VELTHEMIVS de quaeſtione: num. actus dentur per ſe honeſti aut turpes, quique adeo in ſua natura ſint debiti & illiciti. Jen. 1674.

JOH. BALTH. WERNHERI diſſ. de actionum moralium, quae iuris naturalis obiectum conſtituunt, materiali atque formali. Lipſ. 1697.

Tota haec diſſertatio redit eo: Actio moralis duo inuoluit, quae nunquam coincidunt, ſed ſemper realiter diſtincta manent. Haec duo ſunt materiale & formale. Materiale enim eſt aliquid reale & phyſicum, formale autem eſt moralitas. In nulla actione morali materiale neceſſarium nexum & omnem ad extrinſecum quiddam reſpectum excludentem cum formali habet. Materiale cum formali coniunctum actionem moralem conſtituit, quae vel honeſta eſt, vel turpis; vtraque

traque vero ad extrinſecum quiddam inuoluit reſpectum. Non dantur actiones ſine reſpectu ad legem honeſtae vel turpes. Omnis enim moralitas inuoluit relationem. Relatio autem eſt vel ad ſubiectum agens vel ad legem. Si hoc, habetur quod erat demonſtrandum; ſin illud, rurſus inuoluitur reſpectus ad legem.

EIVSD. diſſ. de norma actionum humanarum Lipſ. 1698.

JOH. LIBOR. ZIMMERMANN diſſ. de actionum humanarum moralitate, nec non de obligatione iuris, legibusque ſtricte dictis Jen. 1728.

ADIAPHORA.

OL. HERMELIN de adiaphoris in bello Dorp. 1694.

CHRIST. THOMASIVS de iure principis circa adiaphora Hal. 1695.

ADVLTERIVM.

JOH. HENR. DE BERGER disquiſitio: vtrum a principe temperari poena adulterii poſſit? in eius Supplem. ad Elect. iurispr. crimin. P. II. pag. 529-627.

JOH. GOTTFR. A DüSSELDORFF de adulterio legibus diuinis & humanis coërcendo Lipſ. 1693.

PHIL. BALTH. GERDESIVS de

poena

poena adulterii ex iure diuino & humano Gryph. 1719.

BERN. SCHVLTZEN praeceptum Decalogi: Non moechaberis ex iure naturali & poſitiuo cum diuino tum humano deductum. Rint. 1670.

JOH. FRID. WERNHERI diſſ. num iudicium inſtitutum contra Suſannam vni alteriue iuri conueniat? Wit. 1727.

AEMVLVS.

GOTTFR. ACHENWALL diſſ. iuris gentium & publici vniuerſalis de iure in aemulum regni, vulgo Praetendenten Marb. 1747.

Opuſculum ſumma laude dignum. vid. Die Götting. gelehrte Zeit. 1747. n. 108.

AEQVALITAS.

CAROL. FRID. KRANEWITTERI diſſ. de ſeruanda inter homines aequalitate. Witt. 1713.

Non ſatis adcurate diſtingui poſſe aequalitatem a ſimilitudine aſſerens auctor, vtroque termino promiſcue vtitur. Primo enumerat ſimilitudines ſeu aequalitates hominum phyſicas, ratione animae, intellectus, voluntatis, corporis, facultatum agendi. Secundo morales ratione obligationis & poteſtatis. Ex quibus varia deducuntur v. gr. omnes homines vt aequa-

aequales tracta; quod tibi non vis fieri, ne alteri feceris; a ſuperbia & contumelia abſtine; quod tibi in alium vel res circa ipſum licere putas, id alteri in te & res circa te concede; quod tibi datur, retribue aequaliter; non plus poſce, quam reddis; aequaliter diſtribue.

HENR. LUD. WERNHERI diſſ. de aequalitate hominum in ſtatu naturali Lipſ. 1702.

Auctor huius libelli, Ioh. Balthaſ. Wernheri frater, quondam moral. Wittembergae profeſſor decem ſcripſit diſſertationes, ius naturae egregie illuſtrantes, quas frater coniunctim edidit ſuisque in Hug. Grotium & Sam. Pufendorfium notis adiecit Witt. 1721. 8. inter quas haec prima eſt, cuius ſenſus ita ſe habet. Sermo hic non eſt de qualicunque aequalitate, ſed de ea in ſtatu naturali, vbi ſimul Hobbeſius refutatur. Praecipuum in ſtatu naturali aequalitatis fundamentum eſt mutua & aequalis obligatio ad colendam ſocialitatem. Praeter ſocialitatem illuſtratur aequalitas non parum etiam eo, quod omnibus eundem in hanc vitam ingreſſum natura conceſſit, quod eadem corporis noſtri eſt ſtructura. Ex qua aequalitate fluit generale praeceptum: vnumquemque vt hominem & tibi naturaliter aequalem tracta. Cum aequalitate naturali pugnat maxime faſtus & inanis ſuperbia, ſeruitus naturalis, licet non omnis ſeruitus ei aduerſetur. Jus nat. neque omnem bonorum communionem ſimpliciter prohibet neque praecipit ſed vt rem indifferentem legiſlatori relinquit ob defici-

entem

entem neceſſariam conuenientiam aut diſconvenientiam cum natura & conditione humana. Aequalitas naturalis aequalem bonorum diuiſionem inter ciues ſuadet, non tamen praecipit. Lectu digna eſt haec diſſertatio.

AEQVILIBRIVM.

GEORG LVDW. ERASM. AB HVLDENBERG de aequilibrii alioque legali iuris gentium arbitrio in gentium controuerſiis pacis tuendae cauſa interpoſito Helmſt. 1720.

JOH. GEORG. WAGNER diſſ. de aequilibrio poteſtatum. Lignit. 1737. f.

AEQVITAS.

LEONH. CARLIER diſſ. de aequitate, Würzb. 1743.

MARQ. FREHERI Sulpitius ſiue de aequitate comment. ad leg. 1. C. de Leg. Frf. 1608. 4.

Inſeruit hanc commentationem Theſauri I. Rom. Tomo IV. p. 365 - 380. Illuſtris Euerh. Otto.

JOH. ZACH. HARTMANNI diſſ. de aequitate iuridica Kil. 1730.

EIVSD. progr., quid interſit inter ius ſummum ſeu ſtrictum & aequitatem ibid. 1730.

ARNOLD HOLSTEIN de aequitate iuris Col. 1566. 8.

JOH.

JOH. PAVL. KRESS de aequitate Helmſt. 1731.

DETLEVI LANGENBECKII Regenten = Buch, de iuſtitia, iure& aequitate Witteb. 1572. f.

ERNST. IO. FRID. MANTZEL diſſ. de limitibus iuſtitiae, aequitatis iuris aggratiandi & arbitrii iudicis. Roſt. 1738.

GVL. MARANI commentarii duo de aequitate.

Proſtant cum paratitlis Toloſae 1622. 4. & 1684. f. I.

DAVID MEVII norma aequitatis Roſtoch. 1639. 4.

JOH. OLDENDORP de reconciliatione priuata & iure aequitatis Fr. 1658. 12.

EIVSD. liber de iure & aequitate forenſi primum patrio ſermone hoc titulo typis impreſſus eſt: Wat byllich unn recht ys eyne korte erklaring, allen ſtenden denſtlich. Dorch Joannem Oldendorp. Roſt. 1529.

SAM. RACHELIVS de aequitate Kil. 1671.

MARIVS SALOMONIVS de bono & aequo Baſ. 1530. f.

ANDR. SCHONER de aequitate Argent. 1621.

ANT. SCHVLTING de aequitate & ſtricto iure Lugd. Bat. 1717.

GE-

GEORG. AD. STRVV. de iure, aequitate & interpretatione iuris Jen. 1676.

JOH. VOET. de aequitate. Lugd. Bat. 1687.

AETAS.

CHRIST. LVDW. CRELLII diſſ. de iure aetatis ex lege naturali atque antiquitate Lipſ. 1724.

AGGRATIANDI IVS.

GEBH. CHRISTIAN. BASTINELLER de iure aggratiandi. Witt. 1727.

DANIEL CLASENIVS de iure aggratiandi Magd. 1660. & 1668. 4.

JOACH. DECHERI diſſ. de eod. arg. Frf. 1658.

JOH. FELTZII diſſ. de ead. mat. Argent. 1708.

PHIL. LVD. HANNEKENII diſp. de iure gratiae principis chriſtiani in reos noxae capitalis, e S. S. & veterum piorum moribus repetito, Witt. 1701. & Lipſ. 1712. 4.

Litem Auctori hac de re motam enarrat Mollerus. Cimbr. Litt. Tom. 2. p. 283.

CHRIST. GOTTF. HOFFMANN de principe ex iuſtis cauſis aggratiante. Frf. ad Viadr. 1728.

IOS. FRANC. MAX. A IVNGWIRTH de eod. argum. ibid. 1740.

MAN-

MANZELIANAM diſſertationem vide ſub voce: *aequitas*.

AD. RECHENBERGII diſſ. de iure principis chriſtiani aggratiandi circa homicidium negato. Lipſ. 1702. & 1712.

CHRIST. THOMASIVS de iure aggratiandi principis in cauſis homicidii. Hal. 1707.

OTTON. PHIL. ZEPPERI diſcurſus de iure aggratiandi, detractionis, ſtapulae &c. Brem. 1661.

AGGRESSOR.

GOTTH. EHRENREICH BECKERI diſſ. de officio hominis circa aggreſſorem Lipſ. 1683.

In hoc ſcripto de moderamine inculpatae tutelae agitur, quae ex auctoris ſententia locum habet, quoties a) *offenſio* eſt 1) perfecte iniuſta 2) lethalis 3) praeſentiſſima 4) indeclinabilis. b) *defenſio* eſt 1) coacta 2) pura 3) alteri non noxia. Haec omnia ad iuſtitiam moderaminis inculp. tut. coniunctim requiruntur. Autor principia Valent. Alberti ſequitur in iure naturali.

ALEA. vid. LVDVS.

LEONH. BAVDISS de iuſtitia emtionis aleae ibid. 1685.

MAGN. DAN. OMEISIVS de contractibus quae aleam continent ad Sam. Pufend.

Puſend. Lib. I. de O. H. & C. cap. 15. §. 13 Altorf. 1698.

Faciunt haec duo opuſcula licet minimam, tamen partem, ſplendidiſſimae & locupletiſſimae Bibliothecae Breitenauianae, cuius theſauros nobis, magno eruditi orbis emolumento, nuper aperuit ſumme Venerabilis A SEELEN Lubecae 1747. 4.

ALLIANCE

Eine Schrifft darinnen erwieſen wird, daß ein Chriſtlicher Potentat mit Ungläubigen eine Alliance ſchlieſſen könne 1711.

Hic libellus etiam latine extat ſub rubro: Epiſtola familiaris ad Montanum, in qua affirmans ſententia, poſſe principem chriſtianum in caſu neceſſitatis foedus temporale etiam cum infidelibus iungere, eorumque opera contra hoſtes uti, producitur, & rationibus roboratur. Saluo tamen meliore iudicio. a VEGETIO GRATIANO HOEKERN, Catanae 1711. in 4.

ALIMENTA.

IOH. GOTTF. BAVERVS de patre ad liberos, qui bona habent, alendos obligato Lipſ. 1727.

IOH. HENR. FELTZIVS de alimentatione partus inceſtuoſi Argent. 1710.

CARL GODOFR. ITTIGIVS de obligatione reciproca parentum & liberorum ad alimenta praeſtanda Lipſ. 1769. 4.

AMICITIA

AVTOR des characteres d'un veritable & parfait ami. Paris 1695. 8.

AVTOR des Conſeils ſur le choix d'un ami 1698. 8.

M. T. CICERO de amicitia.

CHRPH. RANDIGII diſſ. de amicitia Lipſ. 1693.

MONS. DE SACY, Traité de l'amitie. Paris 1712. 12.

AMNESTIA.

VAL. JAC. ASSMANNI Epiſtola de vſu amneſtiae apud Germanos Lipſ. 1736.

JOH. HENR. BOECLER, Thraſibulus pacificator ſeu de amneſtia. Argent. 1642.

MARC. ZVERIVS BOXHORN de amneſtia cum aliis Helmſt 1673. prodiit quoque cum Petri Gudelini libro de iure pacis Lugd. Bat. 1648. 12.

HENR. COCCEII diſſ. iuris gentium de poſtliminio in pace & amneſtia Heidelb. 1691. & recuſa Francf. ad Viadr. 1712.

Diuiſa eſt in VII. Sectiones I. praemittit generalia II. agit de iure poſtliminii in pace III. de

aliis quibusdam iuribus, quae in pace & bello reliqua ſunt e. gr. reſtitutione damni, revocatione iurium ab hoſte extortorum, de lytro &c. IV. de amneſtia in genere, V. de Amneſtia paci ſimpliciter adiecta, ſine lege reſtitutionis. VI. de amneſtia cum lege reſtitutionis. VII. Quibus modis amneſtia ceſſet, nimirum 1) in delictis quae a principe remitti non poſſunt 2) cum piratis & praedonibus 3) cum Turcis 4) in induciis.

WOLF. EHRENR. AVG. A KLVX diſſ. de amneſtia Lipſ. 1736.

CYRIACVS HERDESIANVS de amneſtia publica Frf. 1643. 4.

DAV. MEVIVS de amneſtia Stralſ. 1643. 4. Oldenb. 1678. 8.

JOH. WIGANDVS de eod. arg. 1680. Witteb.

AMOR.

PHIL. LVDW. BOEHMER de legibus charitatis quae dirigunt officia hominis erga proximum Helmſt. 1697.

M. KLINGENBERGII diſſ. de odio & amore ſui 1741.

FRID. MOVII Tr. de amore ſui Stettin 1666. 12.

JOH. CHRIST. SALIGII diſſ. de conuenientia amoris proprii & amoris communis. Lipſ. 1715.

GOTTL. FRID. SEELIGMANNI Moralia in compendio, ſiue virtuoſae actiones noſtrae ex amore deductae Roſt. 1681.

JOH. PHIL. SLEVOGTIVS de naturali hominum inter ſe amore Jen. 1687.

SAM. FRID. WILLENBERGII diſſ. de exuperantia amoris erga proximum Gedani 1702.

AMPVTATIO.

NIC. CHRISTOPH. LYNCKER de amputatione membrorum Jen. 1681.

ANATOCISMVS.

MARTIN GOTTL. KERSTAN de anatociſmo iure naturae non prorſus illicito Lipſ. 1731.

HENR. ARN. WOEHRL Neue Warheiten von der Gerechtigkeit, Zinſen von Zinſen zu nehmen Frf. und Leipz. 1733. 8.

ANATOME.

GEORG. TOB. SCHWENDENDOERFFER de anatome medicorum iure diuino humano licita Lipſ. 1690.

CHRIST. SIGISM. WOLFFII

diſſ.

diſſ. de moralitate anatomes circa animalia viua occupatae Lipſ. 1709.

ANIMAL.

JOH. CLAMER. AVG. VON DEM BVSCHE de domino ex facto animalis praeter culpam non obligato, ad Grotium de I. B. & P. L. II. c. 17. §. 21. Lipſ. 1729.

HENR. OTTO MENCKEN de aequitate legum romanarum circa animalium noxae deditionem Lipſ. 1710.

ANIMVS.

M. LEOPOLD de animi cultura.

AQVA.

JO. JOACH. ZENTGRAVIVS quid in hoſtem aqua liceat? ad Grotii I. B. & P. III. 4. 17. Argent. 1685.

ARBITER. ARBITRIVM.

HENR. COCCEII diſſ. de arbitrio boni viri Heidelb. 1678. recuſa Frf. ad V. 1708.

DELHMANN de officio & poteſtate arbitrorum.

JOH. HENR. FELTZII excerpta controuerſiarum illuſtrium de arbitris Argent. 1707.

GEORG. LVD. ERAS. AB HVLDENBERG diſſ. de aequilibrio alioque

legali iuris gentium arbitrio in gentium controuerſiis pacis tuendae cauſa interponendo Helmſt. 1720.

SAM. FRID. WILLENBERG de arbitris & mediatoribus belligerantium Gedan. 1706.

ARCANVM.

MICH. GOTTLIEB HANSCHII diſſ. de officio hominis circa arcana ex rectae rationis principiis ſuccincte delineato Lipſ. 1704.

Digna eſt haec diſſertatio, quae innoteſcat lectori. En igitur conſpectum ipſius. §. 1. obligatio ad arcanorum celationem oſtenditur ex ſacris litteris & iure ciuili. Ex iure naturae autem demonſtratur tum a priori tum a poſteriori nec non ex conſenſu gentium (§. 2. ad 6.) Arcana ſunt vel propria vel aliena 6. De officio legatorum, conſiliariorum, aliarumque perſonarum publicarum circa commiſſa arcana reipublicae 7. de officio circa arcana cuiuslibet priuati 8. de officio medicorum, chirurgorum, obſtetricum & aduocatorum circa arcana familiae, reuelata 10. de officio coniugum in arcanis coniugii 11. parentum & liberorum ratione arcanorum ſibi inuicem reuelatorum 12. diſcipuli in arcanis artis a praeceptore manifeſtatis 13. miniſtri eccleſiae circa peccata ſub ſigillo confeſſionis detecta 14. eiusdem circa delicta futura ipſi reuelata 15. Heri & ſerui in ſuis arcanis 16. amici circa conſilia in reipublicae vel principis

pis iniuriam, ab altero ſub ſecreto reuelata 17. de iuramento in fidem ſilentii addito 18. officium viatoris erga latronem vi adigentem ipſum, ad latrocinia ſub ſecreto ſeruanda 19. officium amici in reuelatis conſiliis ipſi nocituris 20 officium circa arcana tertio noxia 21. de validitate iuramenti, quo alteri ſilentium promiſi 23. de officio hominis mediate ad notitiam arcanorum alienorum peruenientis & quidem per vim vel dolum. 26. etiam ſi clam adſtiterit, cum alter alteri arcanum reuelaret 27. de officio hominis reſpectu arcanorum ex litteris alienis hauſtorum, dum vel ex negligentia vel imprudentia easdem reſignauit. 28. De officio hominis circa inventum theſaurum.

ARMA.

JOH. CHRPH. BECMANNI diſſ. de iuſtitia armorum Cebennenſium Frf. ad V. 1704.

LEONH. CARLIER oratio: vtrum maieſtatem magis armis decoratam, aut legibus armatam eſſe oporteat & quaenam ſit origo legum & iuris? Würzb. 1746.

HENR. COCCEIVS de armis illicitis Francf. ad V 1698 4.

JAC. GOTHOFREDI diſſ. de armorum iure & geſtatione inter priuatos Genev. 1628.

JOH. HENR. KLEINSCHMIDT diſſ. de armis & legibus Marb. 1683.

CHRIST. ROEHRENSEE de iure armorum Witt. 1669.

JOH. PHIL. SLEVOGTIVS de iniuſto armorum vſu Jen. 1696.

AVG. STRAVCHII diſſ. de maieſtate armis & legibus inſtruenda Witt. 1652.

TRINCKHVSIVS de illicito venenatorum armorum in bello vſu Ien. 1667.

JOH. JOACH. ZENTGRAVIVS de armis in bello prohibitis, ad Hug. Grot. L. III. de I. B. & P. c. 4. §. 15. ſqq. Argent. 1677.

ASSECVRATIO.

JAC. BRANDMYLLER de aſſecuratione Baſileae.

HENR. COCCEIVS de aſſecuratione Francof. 1693.

JOH. ADOLPH. CROHN de iure aſſecurationum Roſt. 1725. in 8.

Et veterum & recentiorum ſcriptorum in hoc argumento opera ſtudioſiſſime perlegit, notatu digniora maturo iudicio ſelegit, in concinnum ordinem redegit & nihil paene omiſit eorum, quae ad hoc argumentum adcurate perluſtrandum pertinent dignus qui ab omnibus qui aliquid in hoc argumento tentant, integer perlegatur. I.

MELCH. GROLMANNI diſſ. de iure aſſecurationis Giſ. 1708.

REIN-

REINHOLD KVRICKE diatribe de aſſecurationibus Hamb. 1667.

RVTGERI RVLANDI Erledigung einer ſchwehren Frage in Aſſecurations-Sachen ibid. 1630.

GEORG. TOB. SCHWENDENDOERFFER de aſſecuratione Lipſ. 1668.

JOH. WERLHOFF de inſtrumento aſſecurationis vulgo Polizza Helmſt. 1707.

Denuo haec diſſ. prodiit Lipſ. 1736. 4. cum inſtrumentis aſſecurationis germanicis, Epiſtola Herm. von der Hardt de Germana Polizzae origine & Mich. Richey animaduerſionibus in Hardtianam epiſtolam I.

ASYLVM.

JOH. CASP. BARTHEL de iure aſyli Wurzb. 1733.

JOH. VOLCKM. BECHMANN de iure aſylorum Jen. 1664.

GOTTFR. CAMPMVLLER de aſylis Pontificiorum, quatenus iuri naturae aduerſantur Lipſ. 1711. 4.

JOH. GOTTFR. A DIESSELDORFF de eo quod iuſtum eſt circa aſyla Gedan. 1699. 4.

CHRSTPH. JO. CONR. ENGELBRECHT de iniuſta aſylorum immu-

nitatisque eccleſiarum ad crimina doloſa extenſione & poteſtate principis vel abuſum aſylorum tollendi vel aſyla plane abulendi. Helmſt. 1720.

NIC. MYLER AB EHRENBACH, de iure aſylorum Stuttg. 1663. & Tub. 1685. 4.

CONR. FRIDLEBIVS A FRIEDENSBERG de aſylis. Gryph. 1657.

ANDREAS GROENWALL de abolitione aſylorum Vpſal 1726.

JOH. JAC. LEHMANNI diſſ. an potentiores rebelles, aliique huius fere generis, ſecundum leges gentium in vicinis regnis iure aſylorum frui poſſint? Jen. 1716.

PETR. SARPIVS de iure aſylorum Lugd. Bat. 1622 8. Venet. 1677. 12.

FRID. SEVBERLICH vtrum in republica bene conſtituta ſint toleranda aſyla? Regiom. 1702.

MICH. SCHREIBER de ead. mat.

CHRIST. THOMASII diſſ. de iure aſyli legatorum aedibus competente, occaſione controuerſiae illuſtris inter pontificem & Galliarum regem Lipſ. 1689.

Extat haec diſſ. etiam in Vol. diſſ. Lipſienſium Diſſ. XVI. p. 1103. Lipſ. 1695. Enarrantur

tur primo omnium vitia & virtutes defuncti papae Innocentii XI. Deinde per indicem quaſi exhibentur controuerſiae ratione iuris *quarteriorum* a temporibus Vrbani V. P. M. ad pontificatum Innocentii XI. agitatae, adiectis ſimul ſcriptoribus quibusdam in hanc rem, & controuerſiarum ipſarum ad mortem vsque papae huius continuatione, nec non exemplo ſimilis diſſidii inter pontificem & Reginam Sueciae exorti, quibus omnibus ſubnectitur hiſtoria eorum, quae poſt mortem papae huius intuitu *quarteriorum* contigerunt & ſtatus controuerſiae in hunc modum concipitur: *an ex ratione iuris gentium vel aliunde & quatenus legati in territorio principis, vbi degunt, in aedibus ſuis ius aſyli ſibi vindicare poſſint?* Stabiliuntur vero principia haec generalia: 1. Ius gentium eſſe speciem iuris naturae & ex illo legatis competere inuiolabilitatem. 2. aedes legatorum habendas eſſe aedes ipſorum principum 3. aedes praebere ſecuritatem legato & ſuis. 4. Legatum non poſſe facere in aedibus, quae vult. 5. Non poſſe principem, apud quem legatus degit, ipſi interdicere, religionis ſuae exercitium priuatum cum iis, qui in miniſterio ſuo verſantur, in aedibus ſuis. 6. Iurisdictionem in familiam ſuam legato iure gentium non competere, multo minus ius carceris intuitu ſubditorum domini territorii. Quibus praemiſſis variae opiniones de iure aſylorum legatorum aedibus competente narrantur, aſylorum definitio, origo, incrementa & abvſus demonſtrantur, ex quibus concluſiones formantur: aſylorum ius legibus ciuilibus originem debere; aſyla pro nocen-

tibus

tibus iuri naturae repugnare, non vero pro innocentibus; non niſi in territorio proprio, vel cuius vſusfructus ad nos pertinet, aſyla erigi poſſe, niſi ex indulgentia domini territorii, eaque ſemper reuocabili; neque praeſcriptionem aduerſus hanc reuocationem habere locum. Tandem concluditur: *legatis iure gentium ius aſyli non competere*, *multo minus quarteriorum*. Quis eſt, cui haec diſſertatio non videatur commendabilis?

ATHEVS.

JOH. GEORG ABICHT diſſ. de damno atheismi in republica Lipſiae.

JOH. HENR. BECKERI diſſ. quaeſtionis philoſophicae: vtrum potius in voluntate an vero intellectu vitium ſit atheismus? Roſt. 1737.

MICH. COBABI Atheus, animae humanae immortalitatem, corporum noſtrorum reſurrectionem, extremumque iudicium impugnans, proprio gladio vigulatus. Roſt. 1683.

FRID. VLR. CALIXTI Progr. de praeliminaribus diſputationum cum atheis, naturaliſtis & idololatris Helmſt. 1719.

THEOD. PAVLI diſſ. de crimine atheismi eiusque poena Reg. 1691.

JOH. GEORG PRITIVS de imperio in atheos Lipſ. 1690.

HENR.

HENR. FRID. REISCHAVER meditationes binae de iure nat. athei & de ſyſtemate Iuris philoſophici genuino Jen. 1738.

FRID. JAC. STRAVBV diſſ. de conſcientia athei. Jen. 1738.

SAM. FRID. WILLENBERG diſſ. de iuramento Athei Ged. 1708.

Opuſculum lectu digniſſimum. I.

AVARITIA.

TOB. EHRENFR. FRISCHII diſſ. tres de officio hominis erga auarum Wittenb. 1718.

AVOCATORIA.

GEORG BEYERI diſſ. de iure auocandi ciues & incolas ex territorio alieno. Lipſ. 1695.

Exſtat quoque in EIVS opuſculis p. 1 - 13.

FRID. GERDESII Tractatus de mandatis auocatoriis Gryph. 1675.

Et in eius operibus Gryph. 1729. iunctim editis Tom. I. p. 1 - 251.

GEORG. AD. STRUV. diſſ. de iure & priuilegio reuocandi domum Jen. 1689.

JOH. WOLFF de auocatoriis Witt. 1678.

AVTO-

AVTOCHIRIA.

CARL. MATTH. DAEGENERI diſſ. de avtochiria Lipſ. 1715.

Prima huius diſſ. pars eſt hiſtorica, ſecunda, moralis, oſtenditque hoc crimen legibus naturalibus prohibitum eſſe.

EPHR. GERHARD de crimine & poenis propricidii, Jen. 1712.

CHRIST. AVG. HEVMANNI diſſ. de avtochiria philoſophorum Jen. 1703. 4. & recuſa eod. anno ibid. in 8.

JOH. SIM. HOE de avtochiria ſeu propricidio Erford. 1688.

AD. ERDM. MIRI diſſ. de avtochiria Witt. 1682.

SAM. RACHELIVS de morte voluntaria Helmſt. 1669.

CHRISTOPH ROEHRENSEE de avtochiria ſubtili Witt. 1702.

JOH. LAVRENT. SCHNEEMELCHER diſſ. de avtochiria Witt. 1702.

JOH. HADRIAN SLEVOGT progr. de avtochiria medica in genere Jen. 1707.

REINH. STVRMER diſſ. duae de caede propria. Regiom. 1702.

JOH. FRID. WITZLEBEN diſſ. de avtochiria Lipſ. 1702.

Com-

Compendium huius opuſculi: Avtochiria eſt vel craſſa vel ſubtilis. Cauſa quae ad hoc crimen inuitat, eſt vel externa vel interna. Haec oritur ex inordinatis & immoderatis affectibus, illa extrinſecus accedit, & mouet internam; vt perficiat id, ad quod inclinat. Internarum cauſarum exempla ſunt, amor immoderatus, odium inſanabile, triſtitia nimia &c. Externarum cauſarum potiſſimae ſunt paupertas & ignominia. Laedit autochir 1. Deum 2. rempublicam 3. ſocialitatem. Poena autochiriae diuina eſt mors aeterna. Humanae variant. Grauioris generis poena eſt, qua cadauer inſepultum relinquitur. Autochiria propter vi ereptam virginitatem iure naturae prohibita eſt.

JOH. WEICKMANN de iure ſepulturae per avtochiriam amiſſo Witt. 1688.

KVLEWEIN de avtochiria Lipſ.

HENR. LVD. WERNHERI diſſ. de iure ſibi nocendi Lipſ. 1706. 4. Witt. 1721. 8.

JVST. JOH. CHRPH. WRISBERGII diſſ. de eo quod iuſtum eſt circa autochiriam. Gottingae 1740.

Caput huius diſſertationis docte conſcriptae primum agit de habitu morali autochiriae ad leges naturales. Hoc fit diſtincte, ad diuerſas normas, nempe honeſti §. 2. decori §. 3. iuſti & quidem in ſtatu (a) libertatis abſoluto §. 4. (b) in ſtatu hypothetico §. 5. & (c) ſpeciatim in ſtatu ciuili §. 6 Poſt haec expenduntur & reiiciuntur argumenta palmaria pro permiſſione autochiriae, & quidem deſumta

ſumta (a) a qualitate vitae, quae bonum naturale eſt (b) ab electionis ſapientis fundamento, qua meliora deterioribus ſunt anteferenda §. 7. & 8. a licita (c) renunciatione vitae in aliorum gratiam.

IOHANNIS ROBECK, Calmaria-Suedi Exercitatio philoſophica de εὐλόγῳ ἐξαγωγῇ ſiue morte voluntaria philoſophorum & bonorum virorum etiam iudaeorum & chriſtianorum. Recenſuit, perpetuis animaduerſionibus notauit, praefatus eſt, & indicem rerum locupletiſſimum addidit JOH. NICOLAVS FVNCCIVS Marburgenſis Rintelii 1736. 4.

Diſſertationem praeliminarem de morte voluntaria huic libro praemiſit Celeberrimus Editor, in qua ſimul vitam triſtiaque auctoris, & vt veriſimillimum eſt, propricidae fata recenſet. Mortem diſce ex his Funccii verbis p. 10: *philoſophum eſſe praediuitem credebam, qui Bremae, ad res ſibi denuo comparandas, ab ſuis pecuniae acceperit, quantum ſatis! Sed a viris fide dignis atque ex ipſis Bremenſium litteris intellexi, mox illum nitide veſtitum naviculam ſoluiſſe, eaque ſolum, ad ſpectantium vsque horrorem, abiiſſe, tandem tribus infra Bremam milliaribus mortuum in Viſurgi flumine repertum, atque in vicino, cuius mihi excidit nomen, pago ſepultum fuiſſe. Docti viri tum demum coepi deplorare fata: & operae duxi pretium, ex operibus, quae viuens valensque meo permiſerat arbitrio, vt ſtarem promiſſis, philoſophiae illam,*

lam, fortaſſis auctori funeſtam, de morte voluntaria partem, non ſine meis tamen animaduerſionibus, cum orbe litterato communicare.

THEOPHILI ALETHAEI Oratiuncula ſiſtens Catonem Uticenſem ſua manu intereuntem ceu virum omni ideo laude indignum, nec ab vllo veterum philoſopho aut alio ſibi conſtante ob caedem laudatum: oppoſita autochirias ſiue propriae mortis defenſori tribuenti nuper Catoni laudem in carmine inſerto publicis relationibus veritati amicis, quae Hamburgi eduntur. Norimb. 1741.

HENR. CORNEL. HECKER de autochiria martyrum Lipſ. 1720.

Nec praetermittunt hanc materiam, qui de iure naturae, moribus & conſcientiae caſibus, imo & dogmatica aut elenchtica tradiderunt theologi. Refer huc

AVGVSTINVM de ciuitate Dei L I. & paſſim alibi.

LACTANTIVM Diuin. Inſt. L. III. c. 18.

CHRYSOSTOMVM Comment. in c. I. ad Galat.

LIPSIVM Manud. ad philoſ. ſtoicam L. III. diſſ. 22. & 23.

GROTIVM de Iure B. & P. L. II. c. 19.

C OSIAN-

OSIANDRVM in obſeru. ad H. Grot. pag. 1103.

KVLPIS. in Collegio Grot. p. 108.

VELTHEMIVM Introd. ad Grot. p. 1245.

WILLENBERG in Sicilim. Iur. Gent. prud. L. 2. c. 19. §. 17. ſqq.

PVFENDORFIVM de O. H. & C. L. I. C. 5. §. 4. & Iur. Nat. & Gent. L. 2. c. 4. §. 17. ſqq.

HOCHSTETTERVM Colleg. Pufend. Exerc. 5. §. 3.

GRIEBNERVM Iurispr. natur. L. I. C. 3. §. 2.

WERNHERVM Elem. Iur. nat. Cap. 9. §. 6.

DANNHAVERVM Colleg. Decalog. Diſp. 12. §. 12.

VOETIVM Diſp. Select. Volum. 4. p. 244. ſqq.

STRYKIVM diſp. de iure hominis in ſe ipſum.

ZIMMERMANNVM Analect. miſcell. menſtr. p. 196.

KOCHIVM obſeru. miſcell. Tom. 2. p. 832.

BVDDEVM Inſt. theol. moral. P. 2. c. 3. S. 3. §. 16. & de erroribus Stoicorum in philoſ. moral. diſſ. 4. analect. hiſt. philoſ.

THO-

THOMASIVM iuriſpr. diuin. L. 2. c. 2.

CHRISTIANVM EBELINGIVM Iuriſpr. decalogica p. 353. ſqq.

CHEMNITIVM Loc. theol. Part. 2 pag. 191.

WALCHIVM Lex. philoſoph. tit. Selbſtmord.

Vide Celeberrimum FVNCCIVM diſſ. praelim. tit. p. 12.

IOHANNES DONNE, eccleſiae S. Pauli apud Londinenſes Decanus ſcripſit librum, cui titulus: βιαθάνατος: that Self-murder is not ſo naturally, that it may never be otheruuiſe: vt αὐτοχειρίαν certis in caſibus licitam quoque eſſe demonſtraret.

Editus eſt quidem liber demum poſt mortem auctoris, qui ſerio deprecatus eſt, atque prohibuit, publici illum fieri iuris, dum viueret. Prodiit vero Londini 1648 4. ac multis adeo ſe ſtatim probauit, vt exemplis deficientibus ſecundo Londini 1664. imprimeretur. Sed triſti effectu; quod breui poſt eius libri editionem haud pauci lectione iſtius aſſidua ad mortem voluntariam adacti fuerint. Vnde ſcriptor anonymus opinionem hanc pernicioſiſſimam ex animis hominum euellere conatus eſt libro alio, qui Londini 1653. 8. prodiit & inſcriptus eſt: *Pelicanicidium; or the Chriſtian aduiſer againſt Self-murder; together with a guide, & the pilgrims paſſ*

to the land of living. Peſtiferum *Iohannis Donne* libellum *Ioh. Adami* quoque alio de autochiria ſcripto impugnauit. Sunt verba Celeberrimi *Funcci* de hoc *Donnii* libro in Diſſ. prael. cit. pag. II. conf. de eo etiam *Morhof* polyhiſt. lit. L. 6. c. 4. §. 18.

IOH. MICH. HALLWACHSII Biga quaeſtionum: de iuramento athei & religionis cum indice Ien. 1715. 4.

In quaeſtione prima defenditur, nullum bene conſtituta in republica ferri atheum poſſe, re vera talem, impunitum, contra *Titium* atque *Willenbergium*, ac neque paciſci cum illo quem poſſe. Atheum *notorium* neque admitti neque adſtringi poſſe ad iusiurandum, imo, omne de eius iuramento ſuperfluam ac praepoſteram eſſe diſceptationem. Verum tamen fore iusiurandum praeſtitum ab eo, quem poſt demum Atheum eſſe, experiris. Ceterum hoc ſcriptum ad vocem: *atheus* collocandum fuiſſe, non eſt, quod moneamus.

AVXILIVM.

GVIL. FRID. DE BEVLWITZ, de auxiliis hoſti praeſtitis, more gentium hodierno hoſtem non efficientibus. Hal. Vened. 1747. 4.

CHRISTH. LVDW. CRELLIVS de iure militis auxiliarii apud gentes liberas & S. R. I. Witt. 1737.

OTTON. MENCKENII diſſ. de iuſtitia auxiliorum contra foederatos. Lipſ. 1685.

IOH.

IOH. WILH. NEVMAYR von Ramsla, von der Neutralitaet und Aſſiſtenz, oder Unpartheylichkeit und Partheylichkeit in Kriegszeiten Erf. 1620.

B.

BELLVM ET PAX.

Obſeruatio de iure belli & pacis Statibus Imperii competente.

In *obſerv. Hallenſ.* T. III. obſ. VIII. p. 155-184.

Obſeruatio de iure belli & pacis ſtatibus imperii vi ſuperioritatis territorialis competente.

Ibid. Tom. IV. obſ. VIII. p. 94-151.

VALENT. ALBERTI de bello iuſto Lipſ. 1678.

ALPH. ALVAREZ de bello iuſto & iniuſto Neap. 1543. 4.

ANDR. AMSELIVS de bello Roſt. 1682.

GOTHOFR. ANTONIVS de iure belli Giſſae 1607.

PAVL. THEOD. ANTONI diſſ. de bello treuga & pace Herbip. 1708.

GEORG. HENR. AYRERI progr. de multitudine ſeditioſa iuris belli experte Gottingae 1747.

Laudes elegantiſſimi huius opuſculi vide in Göttingiſchen gelehrten Zeitungen anni 1747. n. 16.

BALTH. AYALAE de iure belli, officiis bellicis & de diſciplina militari Libri III. Antw. 1597. Lovan. 1648. Duaci 1582. 8.

ANONYMI Unterſuchung, ob ein Fürſt wegen anwachſender Macht ſeines Nachbarn den Degen entblöſen könne? Leipz. 1721.

HENR. BOCERI Tract. de bello & duello Tubingae 1607. & 1616. 8.

IOH. VOLCKM. BECHMANN de belli commerciis Ien. 1687.

EIVSD. diſſ. de iure belli Ien. 1658.

Joachim Ernſt von Beuſt Obſeruationes militares, oder, Kriegsanmerkungen, in welchen ſonderlich die Materien von der Beſchaffenheit und unterſchiedenen Arten des Krieges; von deſſen Befugnis, und wie ſich ein Regent dabey zu verhalten habe; von der Kriegsgewalt des H. R. Reichs; von der Kriegsordre; von Kriegsgerichten; vom Oefnungsrecht; von Veſtungen; vom Recht der Thore; vom Fouragiren; von Werbung; von denen Privilegiis und Rechten der Soldaten; von Kriegsgefangenen; von Deſerteurs; von Kundſchaftern, Spionen und Verräthern ꝛc. beleuchtet werden. Erſter Theil. Gotha 1743.

EI.

EI. Obſeruationum militarium continuatio, das iſt, der Kriegsanmerkungen Zweyter Theil, in welchem ſonderlich die Materien von den Urſachen eines gerechten Krieges, in Anſehung des Römiſchen Kaiſers und des H. R. Reichs Teutſcher Nation; von der Reichshülfe; von den gerechten Urſachen, einem zu befahren habenden Feind, vermittelſt der Waffen zuvor zu kommen; von Bündniſſen und Allianzen; von der Neutralitet; von der Kriegsankündigung; von der Kriegsliſt; vom Fahnenrecht; von Kriegscapitulationen, von Unterhalt der Militz, von Einquartierungen, und von der Soldaten Pflicht und Schuldigkeit beleuchtet werden Gotha 1745.

EI. Obſeruat. milit. continuatio, das iſt, Fortſetzung der Kriegsanmerkungen, oder derſelben Dritter Theil, in welchen ſonderlich die Materien von Anlandungen der Schiffe in einem fremden Gebiete zu Kriegszeiten; von Repreſſalien; von ſicherem Geleite; von Auswechſelung der Kriegsgefangnen; von Generalauditeuren und Regimentsſchultheiſſen; vom Trauſchein der Soldaten; vom Militairverbrechen; von Militairſtrafen; von Ausſonderung der ſtraffälligen nach dem

Loos; von billiger Mäſſigung der ſtrengen Kriegsſtrafen und vom Ehrlichmacher durch Fahnenſchwenken, beleuchtet werden Gotha 1746.

Probantur foedera cum diuerſae religioni addictis inita variis argumentis, ex S. S. & iuris naturae principiis petitis. Improbantur foedera cum nullius religionis populis; *cum enim*, inquit auctor, *omne ius, leges, ad quas exigatur, ſupponat, eas vero homines, quippe natura pares, nec ſibi ipſis, nec ſibi inuicem, ferre poſſint; a ſupremo domino, omnium rerum auctore, arceſſi illas, neceſſe eſt, qui itaque, ſi negetur, nec ius nec eius communio concipi poterit. Neque ſolo pacto leges atque iura inter ſe conſtituere poterunt homines, quippe cum ad illius firmitatem principium aliquod ſuperius, cuius religione paciſcentes ad fidem ſeruandam obligentur, requiratur, ipſe nempe Deus, quem ignorat & negat atheus.*

WAHREMVNDI AB EHRENBERG Meditamenta pro foederibus, ex prudentum & politicorum monumentis congeſta

in quibus pleraeque quaeſtiones politicae ad foederum materiam pertinentes accurate tractantes. Hanov. 1601. & Offenbachii 1610. 8.

Plurimis deinde in locis ab EBERHARDO WEYHEO (hoc enim verum nomen auctoris eſt) aucta emendata & illuſtrata praefixo vero illius nomine ſub nouo: *Penicilli foederum unionum & ligarum* titulo ſeorſim Francof. 1641. 8. ac in *Opp. eiusd.* ibid. 1642. 8. prodierunt. Vide poſt *Placcium* in *Tr. de Anon. & Pſeud.* aliosque MOLLERVM in *Cimbr. Lit. Tom.* II. p. 973.

EIVSD. Meditamenta pro foederibus & definitio foederis noue reperta, eiusque variae formulae ex aliis. Libris duobus. Francf. 1609. 8.

Weyheo itidem tribuuntur ac a praecedenti ſcripto diſtinguuntur per *Vinc. Placcium* ll. cc. ap. *Mollerum* l. c.

ADOLPH. GODEFR. EVERTS de iure foederum, ſiue allianciarum. Erf. 1714. 4.

REMIGII FESCHII diſſ. de iure foederum. in *Diſſ. Iur. Sel. Baſileens. Vol. II.* n. 2.

AVG. FISCHER de conſeruatione & amplificatione rerumpublicarum & familiarum

liarum per foedera & confoederationes. Luxemb. 1624.

HENR. FLORINI diſp. de confoederatione gentium. Aboae 1691.

VALENT. FRIDERICI de foederibus. Lipſ. 1661.

GOTTFR. GERBER de iure ſocietatis armorum cum profanis. Erf. 1711.

ALEX. HAMMERI diſſ. de iure ſacrorum & foederum. Bamb. 1738. f.

MART. HASSEN: an princeps chriſtianus cum non-chriſtiano aduerſus chriſtianum foedus inire poſſit? Witt. 1711.

IOH. WILH. HOFFMANNI diſſ. de foederibus quae imperatores romani cum francis ante tempora Clodouaei fecerunt. Witt. 1737.

LEONARD. HOFFMANNVS de conſeruatione foederis iureiurando firmati. Ien. 1720. 4.

VLR. HVBERI diſſ. de foederibus. 1688.

IOH. BAPT. DE LAREA de foederibus chriſtiani principis. Lugd. 1651. f.

IO. IAC. LEHMANN: an Dux Andegauorum ad accipiendas conditiones foederis

deris inter quatuor ſummos principes adhuc facti compelli poſſit. Ien.

CHR. LIEBENTHAL delineatio iuris foederum. Giſſ. 1624. 4.

IO. A LOPETZ ſ. Lupus: de confoederatione, pace & conuentionibus principum. Argent. 1511. & *Tr. Tr. XVI.*

POLYC. LYSERI diſſ. de foederibus cum infidelibus. Lipſ. 1676.

Defendit auctor foedus cum infidelibus, abſolute ſpectatum illicitum non eſſe, quia 1) legitima ſui defenſio iure nat. & gentium & ciuili licita 2) ipſe Deus in ulciſcendis iudaeorum iniquitatibus, infidelium miniſterio uſus ſit. 3) hoſtis inſidiis & dolo poſſit propulſari 4) finis foederis ſit bonus, 5) & eius effectus. 6) haec ſententia fundetur in S. S. Geneſ. XIV, 21. Ex his deducuntur ſequentia. Foedera commerciorum cum infidelibus licita ſunt Foedera de non offendendo, ſeu mutuae ſecuritatis cum infidelibus inita culpari non debent. Foedus religionis cum infid. turpe eſt. Foedus cum manifeſte impiis non facile eſt faciendum. Foedera cum haereticis pacta improbari nequeunt. Foedus cum infidelibus aduerſus infideles permiſſum eſt; aduerſus fideles vero neutiquam, niſi in ſumma neceſſitate.

IOH. IAC. MASCOVIVS de commerciis foederum. Lipſ. 1735.

ANT.

ANT. MATTHAEI de foederibus & feoderum natura. Groening. 1634. 4.

OTT. MENCKENIVS de iuſtitia auxiliorum contra foederatos. Lipſ. 1685.

IOH. WILH. NEVMAYR Tr. von Bündtnißen und Eigen in Krieges-Zeiten. Jena 1623.

IO. AD. OSIANDRI diſſ. de moralitate foedorum cum infidelibus. Tub. 1736.

IO. POMMERESCH diſſ. de foederibus. Gryph. 1653.

Vitam & ſcripta POMMERESCHII vid. apud MOLLERVM *Cimbr. Lit.* Tom. II. p. 653. ſqq.

IOH. VLR. PREGIZER de foederibus. Tubing. 1685.

SAM. PVFENDORFII diſſ. de foederibus inter Sueciam & Galliam, in qua paſſim oſtenditur, quam male illa a Gallis ſint obſeruata. Hag. 1708. 8.

VALENT. RIEMENSCHNEIDER de eo quod circa foedera & ligas iuſtum eſt. Marb. 1694.

CHRIST. ROEHRENSEE Theſium Politicarum de foedere fidelium cum infidelibus Dodecas. Witt. 1687. 4.

IOH.

SAM. STRYCK de iure prohibendi exſtructionem fortalitiorum. Hal. 1703.

IOH. WOLF de expugnatione fortalitiorum hoſtilium licita Diſpp. II. Witt. 1678.

IDEM de fortalitiorum obſeſſorum defenſione. ibid. 1678.

F O R V M.

WILH. HIER. BRVCKNERI diſſ. de eo, quod iuſtum eſt in foro interno & externo. Ien. 1695.

BENED. CANOPHILVS qualiter iudicandum in foro ſoli & foro poli. Venet. 1542.

IOH. DE ESCOBAR de vtroque foro conſcientiae & exteriori. Cordubae 1642. f.

SAM. STRYCK de foro conſcientiae. Francf. 1673. 4.

IOH. VALEROZ differentiae inter forum iudiciale & conſcientiae. Maioricae 1624.

F V G A.

HENR. COCCEII diſſ. de fuga. Frf. 1706.

MAGN.

MAGN. DAN. OMEIS de fuga in periculis. Altd.

FVR ET FVRTVM

GEORG. EHRENFR. BEHRNAVERI diſſ. de furto in neceſſitate licito. Lipſ. 1702.

Quaeſtio vtrum in extrema neceſſitate conſtituto, ſi nempe aliud vitae conſeruandae medium nullum ſuperfuerit, alienas res inuadere, iisdemque vel clam, vel aperta vi apreptis uti liceat? affirmatur, quod 1) omnes leges furtum prohibentes, neceſſitatem extremam excipiant. 2) in extrema neceſſitate deficiat furti *formale*, nempe *fraus*. 3) in tali neceſſitate conſtitutus iure ſuo utatur. 4) neceſſitas ſumma omnia faciat communia. Poſt haec diluuntur ea, quae in contrariam afferri ſolent partem, nimirum a) talem neceſſitatem hodie exiſtere non poſſe: b) prohibitio diuina in ſeptimo praecepto. c) anſam hac ratione uberrimam praeberi variis furtis ac inuaſionibus ſub ſpecie extremae neceſſitatis perpetrandis. d) verba textus Proverb. VI. 30. & 31. Tandem corollaria haec duo formantur: in *graui neceſſitate* alteri bona ſua auferre licitum non eſt: nec in *culpoſa neceſſitate licet grauiſſima*.

HENR. BODINI Explicatio negatiui diuinae maieſtatis praecepti: *non furtum facies*. Hal. 1704. 4.

CHR. WILDVOGEL de fide hoſti a priuato data ſeruanda. Ien. 1705.

VDALR. ZASII apologia contra Ioh. Eckium de fide hoſti non ſeruanda 1519. 4.

F O E D V S.

Copia eines Sendſchreibens an Ioh. Frid. Mayer, von Bündniß mit den Türcken. 1711. 4.

IO. CHRPH. BECMANNI diſſ. de foederibus.

In *Medit. Polit.* p. 165-168.

CHRISTOPH. BESOLDI diſſ. Politico-iuridica de foederum iure. Argent. 1623. & *in Opp. Polit.* 1641.

EIVSD. diſſ. de foederum iure & vſu. Argent. 1623.

Haec diſſ. diuerſa eſt a ſuperiori. IENICHEN.

CHRISTIAN. BILEFELD an diuerſae religionis homines foedus inire poſſint, & an etiam illud frangere licitum ſit? Witt. 1654. 4.

ERNST. WILH. BIELFELDT de foedere inaequali de comiter conſeruanda alterius maieſtate. Regiom. 1710. 4.

IAC. LE BLEV diſſ. de foederibus. In *Diſſ. Polit. eius.* Giſſ. 1660.

IOH.

IOH. FRANC. BVDDEI diſſ. de ratione ſtatus circa foedera. Hal. 1696. adiecta deinde *commentationi academicae de concordia religionis chriſtianae & ſtatus ciuilis.* Hal. 1712. 8.

Summa huius diſſ. capita haec ſunt. Conſultationum omnium duo ſunt capita, honeſtas nempe & vtilitas; huius enim quoque rationem habendam eſſe, inſtinctus omnium animantium, ipſiusque hominis ad ſui conſeruationem, docet. Id in ſocietatibus etiam integris, atque ciuitatibus, conſpicitur, quarum conſeruandarum artem, qui calluerunt, ſapientes olim dicti ſunt. Recentiori aetate ratio ſtatus inde eſt enata, quae vox diuerſas tamen ſignificationes habet. Errant autem magnopere, qui aliquid vtile poſſe eſſe putant, quod non eſt honeſtum. Id quidem exemplo foederum probari poteſt, quorum neceſſitas aſſeritur. Haec etenim ſic ineunda ſunt, vt honeſtatis & vtilitatis in iis ſimul ratio hebeatur. Hinc, vt pateat, quid ratio ſtatus in foederibus exigat, primo ad honeſtatem, deinde ad vtilitatem reſpiciendum eſt. Honeſtas, vt in foederibus ſibi conſtet, videndum eſt primum quibuscum foedera inire fas ſit? an eum atheis? item cum iis qui diuerſae religionis ſunt? Cum his foedera inire non prorſus nefas eſt, id quod exemplis ex S. S. & hiſtoria populi iudaici comprobatur. Porro, honeſtatis ratio requirit, vt tantum circa res licitas foedera fiant. Foedera ſic inita rite, ſancte ſunt ſeruanda, etiamſi iureiurando non firmentur, quod ſubinde fieri

 ſolet

ſolet. Vt praeter honeſtatem tamen vtilitatis etiam ratio in foederibus habeatur, neceſſe eſt; & hanc in rem videndum, quo animo, quoue conſilio alii foedus nobiscum ineant, nec non, vt certi reddamur foedus non temere ruptum iri. Conſtare etiam debet, quem penes in republica quadam foederum pangendorum poteſtas ſit. In formula foederis cauendum; ne vocum ambiguitate decipiamur. In iis cum quibus foedera ineunda ſunt, ſpectanda eſt potentia, quippe cum potentioribus non temere faciendum eſt foedus. Nec tamen cum miſeris minusque potentibus pangere foedera conducit, niſi peculiaris quaedam id ratio ſuadeat. Sed in foederibus quoque cum iis, qui potentia nobis pares ſunt, caute procedendum & videndum eſt, an longe diſtent a nobis. Foedera cum multis inita raro diuturna eſſe ſolent. Foedera inter eiusdem formae respublicas firmiora ſunt quam inter diuerſae formae respublicas. Suadent nonnulli, a foederibus praeſertim bellicis, ſemper abſtinendum eſſe, quod tamen non omni tempore conſultum eſt. Rituum etiam in foederibus ratio habenda eſt. Ex his deductae ſunt quaedam quaeſtiones, atque deciſae, quae commode hic in compendium cogi nequeunt.

EIVSD. diſſ. de contrauentionibus foederum. Hal. 1701.

OCTAVIANI CACHERANI diſp. an principi chriſtiano fas ſit foedus inire cum infidelibus. Taurini 1569.

FRID.

FRID. CALENVS de foederibus fidelium cum infidelibus aduerſus fideles Witt. 1687. 4.

HERM. CONRING de foederibus Helmſt. 1659. & in *Ei. Opp. Tom.* IV. p. 966 - 972.

IVST. CHRPH. DITHMARI diſſ. de foederibus cum diuerſae atque nullius religionis populis. Francf. ad Viadr. 1716. 1726. & in *Diſſ. & Exercit.* p. 217 - 229.

Probantur foedera cum diuerſae religioni addictis inita variis argumentis, ex S. S. & iuris naturae principiis petitis. Improbantur foedera cum nullius religionis populis; *cum enim*, inquit auctor, *omne ius, leges, ad quas exigatur, ſupponat, eas vero homines, quippe natura pares, nec ſibi ipſis, nec ſibi inuicem, ferre poſſint; a ſupremo domino, omnium rerum auctore, arceſſi illas, neceſſe eſt, qui itaque, ſi negetur, nec ius nec eius communio concipi poterit. Neque ſolo pacto leges atque iura inter ſe conſtituere poterunt homines, quippe cum ad illius firmitatem principium aliquod ſuperius, cuius religione paciſcentes ad fidem ſeruandam obligentur, requiratur, ipſe nempe Deus, quem ignorat & negat atheus.*

WAHREMVNDI AB EHRENBERG Meditamenta pro foederibus, ex prudentum & politicorum monumentis congeſta in

in quibus pleraeque quaeſtiones politicae ad foederum materiam pertinentes accurate tractantes. Hanov. 1601. & Offenbachii 1610. 8.

Plurimis deinde in locis ab EBERHARDO WEYHEO (hoc enim verum nomen auctoris eſt) aucta emendata & illuſtrata praefixo vero illius nomine ſub nouo: *Penicilli foederum unionum & ligarum* titulo ſeorſim Francof. 1641. 8. ac in *Opp. eiusd.* ibid. 1642. 8. prodierunt. Vide poſt *Placcium* in *Tr. de Anon. & Pſeud.* aliosque MOLLERVM in *Cimbr. Lit. Tom.* II. p. 973.

EIVSD. Meditamenta pro foederibus & definitio foederis noue reperta, eiusque variae formulae ex aliis. Libris duobus. Francf. 1609. 8.

Weyheo itidem tribuuntur ac a praecedenti ſcripto diſtinguuntur per *Vinc. Placcium* ll. cc. ap. *Mollerum* l. c.

ADOLPH. GODEFR. EVERTS de iure foederum, ſiue allianciarum. Erf. 1714. 4.

REMIGII FESCHII diſſ. de iure foederum. in *Diſſ. Iur. Sel. Baſileens. Vol. II.* n. 2.

AVG. FISCHER de conſeruatione & amplificatione rerumpublicarum & familiarum

liarum per foedera & confoederationes. Luxemb. 1624.

HENR. FLORINI diſp. de confoederatione gentium. Aboae 1691.

VALENT. FRIDERICI de foederibus. Lipſ. 1661.

GOTTFR. GERBER de iure ſocietatis armorum cum profanis. Erf. 1711.

ALEX. HAMMERI diſſ. de iure ſacrorum & foederum. Bamb. 1738. f.

MART. HASSEN: an princeps chriſtianus cum non-chriſtiano aduerſus chriſtianum foedus inire poſſit? Witt. 1711.

IOH. WILH. HOFFMANNI diſſ. de foederibus quae imperatores romani cum francis ante tempora Clodouaei fecerunt. Witt. 1737.

LEONARD. HOFFMANNVS de conſeruatione foederis iureiurando firmati. Ien. 1720. 4.

VLR. HVBERI diſſ. de foederibus. 1688.

IOH. BAPT. DE LAREA de foederibus chriſtiani principis. Lugd. 1651. f.

IO. IAC. LEHMANN: an Dux Andegauorum ad accipiendas conditiones foederis

deris inter quatuor ſummos principes adhuc facti compelli poſſit. Ien.

CHR. LIEBENTHAL delineatio iuris foederum. Giſſ. 1624. 4.

IO. A LOPETZ ſ. Lupus: de confoederatione, pace & conuentionibus principum. Argent. 1511. & *Tr. Tr. XVI.*

POLYC. LYSERI diſſ. de foederibus cum infidelibus. Lipſ. 1676.

Defendit auctor foedus cum infidelibus, abſolute ſpectatum illicitum non eſſe, quia 1) legitima ſui defenſio iure nat. & gentium & ciuili licita 2) ipſe Deus in ulciſcendis iudaeorum iniquitatibus, infidelium miniſterio uſus ſit. 3) hoſtis inſidiis & dolo poſſit propulſari 4) finis foederis ſit bonus, 5) & eius effectus. 6) haec ſententia fundetur in S. S. Geneſ. XIV. 21. Ex his deducuntur ſequentia. Foedera commerciorum cum infidelibus licita ſunt Foedera de non offendendo, ſeu mutuae ſecuritatis cum infidelibus inita culpari non debent. Foedus religionis cum infid. turpe eſt. Foedus cum manifeſte impiis non facile eſt faciendum. Foedera cum haereticis pacta improbari nequeunt. Foedus cum infidelibus aduerſus infideles permiſſum eſt; aduerſus fideles vero neutiquam, niſi in ſumma neceſſitate.

IOH. IAC. MASCOVIVS de commerciis foederum. Lipſ. 1735.

ANT.

ANT. MATTHAEI de foederibus & feoderum natura. Groening. 1634. 4.

OTT. MENCKENIVS de iuſtitia auxiliorum contra foederatos. Lipſ. 1685.

IOH. WILH. NEVMAYR Tr. von Bündtnißen und Ligen in Krieges-Zeiten. Jena 1623.

IO. AD. OSIANDRI diſſ. de moralitate foedorum cum infidelibus. Tub. 1736.

IO. POMMERESCH diſſ. de foederibus. Gryph. 1653.

Vitam & ſcripta POMMERESCHII vid. apud MOLLERVM *Cimbr. Lit.* Tom. II. p. 653. ſqq.

IOH. VLR. PREGIZER de foederibus. Tubing. 1685.

SAM. PVFENDORFII diſſ. de foederibus inter Sueciam & Galliam, in qua paſſim oſtenditur, quam male illa a Gallis ſint obſeruata. Hag. 1708. 8.

VALENT. RIEMENSCHNEIDER de eo quod circa foedera & ligas iuſtum eſt. Marb. 1694.

CHRIST. ROEHRENSEE Theſium Politicarum de foedere fidelium cum infidelibus Dodecas. Witt. 1687. 4.

IOH.

IOH. GEORG. ROESER de foederibus fidelium cum infidelibus aduerſus fideles. Sedin. 1713. 4.

DAN. SCHARFFII diſcurſus de iure foederum. Giſſ. 1683.

IOH. FRID. SCHARFFIVS de foederibus. Witt. 1683.

IOH. SCHMIEDELIVS de foederibus. Ien. 1661.

GEORG. SCHVBARTVS de moribus gentium circa foedera. Ien. 1689.

GORG. ADOLPH. SCHVBERTH de foederibus inaequalibus. Lipſ. 1715.

CONR. SCHVCKMANN de foederibus. Roſt. 1654.

IVST. SINOLD cogn. *Schütz* de foederibus eorumque iure. In *Diſſert. Vol. II. Diſſ. 12.*

IOH. IAC. SILBERRAD de iure foederum. Altd. 1701. 4.

IOH. ALBR. STEPHANI de iure circa foedera principum. Reg. 1721.

MATTH. STIERIVS de foederibus. Hanoviae 1661. & 1673. 12.

IOH. MICH. STRAVSS de iure confoederationum. Witt. 1662.

IOH.

IOH. TARNOVIVS, num & quae foedera cum diuerſae religionis hominibus, & praecipue a Lutheranis & Caluinianis, ſalua iniri poſſint conſcientia? Roſt. 1618.

IOH. CHRPH. WAGENSEILII diſſ. de iure foederum. Altd. 1701.

GOTTFR. ZAPFE de foederibus Ien. 1660.

FOETVS vid. ABORTVS.

FORTALITIVM

Anon. Bedencken von Schädlichkeit der Feſtungen und dem wieder das Natur und Völcker-Recht laufenden Gebrauch des Pulvers. Frf. 1748. 4.

IODOC. BERENTZ de munimentis. Baſ. 1682.

AMAD. ECKHOLT diſſ. de iure fortalitiorum. Lipſ. 1666.

IOH. FELTZ de iure circa munimenta. Argent. 1705.

CHRIST. ROEHRENSEE diſſ. de iure muniendi. Witt. 1670.

IDEM de vſu munitionum in Republica. ibid. 1696.

SAM.

SAM. STRYCK de iure prohibendi exſtructionem fortalitiorum. Hal. 1703.

IOH. WOLF de expugnatione fortalitiorum hoſtilium licita Diſpp. II. Witt. 1678.

IDEM de fortalitiorum obſeſſorum defenſione. ibid. 1678.

F O R V M.

WILH. HIER. BRVCKNERI diſſ. de eo, quod iuſtum eſt in foro interno & externo. Ien. 1695.

BENED. CANOPHILVS qualiter iudicandum in foro ſoli & foro poli. Venet. 1542.

IOH. DE ESCOBAR de vtroque foro conſcientiae & exteriori. Cordubae 1642. f.

SAM. STRYCK de foro conſcientiae. Francf. 1673. 4.

IOH. VALEROZ differentiae inter forum iudiciale & conſcientiae. Maioricae 1624.

F V G A.

HENR. COCCEII diſſ. de fuga. Frf. 1706.

MAGN.

MAGN. DAN. OMEIS de fuga in periculis. Altd.

FVR ET FVRTVM

GEORG. EHRENFR. BEHRNAVERI diſſ. de furto in neceſſitate licito. Lipſ. 1702.

Quaeſtio vtrum in extrema neceſſitate conſtituto, ſi nempe aliud vitae conſeruandae medium nullum ſuperfuerit, alienas res innadere, iisdemque vel clam, vel aperta vi apreptis uti liceat? affirmatur, quod 1) omnes leges furtum prohibentes, neceſſitatem extremam excipiant. 2) in extrema neceſſitate deficiat furti *formale*, nempe *fraus*. 3) in tali neceſſitate conſtitutus iure ſuo utatur. 4) neceſſitas ſumma omnia faciat communia. Poſt haec diluuntur ea, quae in contrariam afferri ſolent partem, nimirum a) talem neceſſitatem hodie exiſtere non poſſe; b) prohibitio divina in ſeptimo praecepto. c) anſam hac ratione uberrimam praeberi variis furtis ac invaſionibus ſub ſpecie extremae neceſſitatis perpetrandis. d) verba textus Proverb. VI. 30. & 31. Tandem corollaria haec duo formantur: in *gravi neceſſitate* alteri bona ſua auferre licitum non eſt: nec in *culpoſa neceſſitate licet graviſſima*.

HENR. BODINI Explicatio negatiui diuinae maieſtatis praecepti: *non furtum facies*. Hal. 1704. 4.

IOH. SIGIS. GRIBNER de furti apud Lacones licentia. Lipſ. 1705. 4.

IOH. FRID. HEVNSCH de moralitate ablationis rei alienae tempore neceſſitatis Lipſ. 1683. 4.

IOH. GOTTFR. KRAVSE, de eo, quod iuſtum eſt circa poenam furti. Witt. 1724.

AVGVST LEYSER de legitimis furum excuſationibus Witt. 1734. & in *Medit. ad Dig. ſp.* 537.

EIVSD. Progr. de furti non prohibiti actione in forum reducenda Witt. 1734. & in *M. ad P. ſp.* 538.

HENR. LINCKE de internecione furis Alt. 1674. 4.

CARL. DAV. LOSSIVS de iniuſta in fures indulgentia cum animaduerſionibus AVG. LEYSERI Witt. 1730. Quae animaduerſiones etiam habentur in *Medit ad Pand. ſp.* 535.

ARNOLDVS MAVRICIVS de furibus non ſuſpendendis vel morte puniendis Baſ. 1651. 4.

PHIL. MAVRICII ſuſpenſio furum ſecundum ius naturae examinata. Wit. 1692. 4.

EIVSD. diſſ. de reſtitutione ablati ad culpae remiſſionem iure naturae neceſſaria. Witt. 1692.

IOH. IAC. MVLLER de furis nocturni occiſione ad Hug. Grotii Lib. II. c. I. de I. B. & P. Ien. 1697. 4.

IOH. AVG. NEVBER, de fure nocturno impune occidendo Lipſ. 1714.

IOH. FLOR. RIVINI diſſ. de iure vitae & necis in furem priuato competente. Lipſ. 1740.

Opuſculum non ſine inſigni vſurpandum vtilitate IENICH.

BERNH. SCHVLTZE diſſ. ad praeceptum diuinae maieſtatis VII. *non furtum facies.* Rint. 1671.

GOTTL. SCHELGVIGIVS in illud Phocylidis: vtrique fures ſunt, & qui recipit, & qui furatur. Gedani 1711. 4.

IOH. HIER. DE WEDIG Furtum rei propriae certo caſu commiſſum eſſe. Witt. 1687.

FVROR & FVRIOSVS.

IOH. ANDR. FROMMANNVS de iure furioſorum ſingulari Tubing. 1655. 4.

IOH. FLOR. RIVINI progr. de homicidio, quamuis a furioſo commiſſo, poena capitali puniendo. Lipſ. 1740.

IOH. SIRICIVS: quatenus furioſi dementes & ebrii ex delictis & contractibus obligentur. Giſſ. 1669. 4.

Vitam SIRICII vide in MOLLERI *Cimbr. Lit.* Tom. I. p. 631.

IO. DAV. TAVBERI diſſ. de iure circa furioſos obtinente. Altd. 1703.

CHRIST. THOMASIVS de praeſumtione furoris atque dementiae. Hal. 1719.

G.

GENERATIO.

HENR. COCCEII diſſ. de iure generationis. Heidelb. 1676.

GENTES.

Anon. Tract. de natura regiminis, in quo cauſae diuerſitatis ſummae, quae in gentium moribus & conſuetudinibus conſpici ſolet explicantur. Anglice Londini 1703. 8.

Sciagraphia huius libelli habetur in *Act. Erud. Lipſ.* 1704. p. 472. ſqq.

IAC.

IAC. GERING. Quantum gentes moribus ſuis obligentur. Lipſ. 1710. 4.

IOH. WILH. DE GOEBEL diſſ. de obſeruantia Gentium & imperii Helmſt. 1732.

FRID. ALEX. KVNHOLD de ſtatu naturali rerum publicarum. Lipſ. 1723.

SIM. HENR. MVSAEI diſſ. de modis componendi gentium controuerſias. Kil. 1684.

GOTTL. SAM. TREVER de auctoritate & fide gentium & rerumpublicarum. Helmſt. 1723.

BERNH. WAGNER de gentium conſenſu, eiusque vſu in cognoſcendo iure nat. ad H. Grot. L. I. c. I. n. 2. Witt. 1680.

IOH. WERLHOFF diſſ. de vſu iuris romani aliorumque priuatorum in controuerſiis illuſtribus liberarum gentium decidendis. Helmſt. 1698.

IDEM de pactis liberarum gentium. ibid. 1691.

GENTIVM IVS vide IVS GENTIVM.

GRADVS ACADEMICI.

FRANC. ALB. AEPINI diſſ. de moralitate graduum academicorum ex iuris nat. principiis contra Fanaticos praeſertim aſſerta. Roſt. 1702.

Haec diſſ. tria continet capita, quorum *primum* ſtatum controuerſiae format oſtendendo, quibus gradus academici ſint conferendi videlicet §. 1. ſufficienti eruditione inſtructis, §. 2. vitae morumque integritate ornatis §. 3. reiicit abuſum gradus academicos temere & ſolius lucri cauſa impertiendi. §. 4. notat quorundam temeritatem in gradibus academicis petendis. §. 5. Feminis etiam gradus excluſo tamen illo in Theologia ſummo, conferri poſſe probat. §. 6. hactenus dicta ὡς ἐν συνόψει proponit. §. 7. Illud iuris naturae principium, quo dicenda probaturus eſt, adiicit, nempe quicquid ſocialitati conuenit, illud iuſtum eſt ac licitum. *Caput ſecundum* Fanaticorum de gradibus academicis ſententiam ac argumenta recenſet, & quidem §. 1. Muntzeri, Carolſtadii §. 2. Weigelii, §. 3. Chriſt. Hohburgi §. 4. Quackerorum §. 5. Gothofredi Arnoldi, §. 6. Zwinglii, Gualtheri & Boxhornii §. 7. ſqq. horum Fanaticorum contra moralitatem graduum argumenta & rationes enumerat. *Caput tertium* veram ſententiam proponit probat & defendit, aduerſariorum rationes (§. 2-9.) refellens §. 10. ſqq. graduum fundamentum iuxta iuris naturae principium ſupra ſuppoſitum paulo altius repetit §. 15. poriſ.

poriſmata decem ex hactenus dictis deducta addiicit. *Noua Liter. Mar. Balth.* a. 1702. p. 190. ſq.

HENR. FLORINI diſp. an honores academici ſint liciti & appetendi? Aboae 1690. 8.

GRADVS PROHIBITI.

ERN. AVG. BERTLINGII de gradibus prohibitis ſecundum ius naturae. Ien. 1743.

Praeſide *Io. Ern. Schuberto*, Theologo iam nunc Helmſtadienſi celeberrimo, defenſa.

HVGO GROTIVS.

Hugonis Grotii vitam ſcripſerunt multi, inter quos eminent, ANONYMVS quidam auctor *Grotianae biograpiae*, *operibus* Grotii *Teologicis* Amſt. 1679. f. excuſis praefixae, & Londini 1681. inter *Vitas ſelectorum Virorum a* GVIL. BATESIO collectas p. 420. recuſae; AVCTOR ANONYMVS *Hugonis Grotii*, *Belgarum Phoenicis Manium ab iniquis obtrectationibus vindicatorum.* Delphis Bat. 1727. 8. GOTTFR. ARNOLDVS in *Hiſt. Eccleſ. Haereſ. germanice edita* Tom. II. L. 17. c. 8. p. 509. & T. IV. 5. III. n. 7. p. 479. LVD. AVBERY in *Memoires pour ſervir a l'Hiſtoire d'Hollan-*

d'Hollande & des autres Provinces paſſim ADR. BAILETVS *dans le Traité des Enfans devenus celebres par leur etudes* p. 231. & *dans les Jugemens des Sçavans* T. II. P. II. p. 407. T. IV. P. IV. p. 172. PETR. BAYLIVS in Dict. Hiſt. Crit. T. I. P. II. p. 1307. GERHARD BRANDIVS in Hiſtorie van de Rechtspleging, gehouden in de Jaaren 1618. en 1619. omtrent de drie gevangene Heeren, *Mr. Joh. van Oldenbarnefeld*, *Mr. Rombout Hogerberts* en *Mr. Hugo de Groot*, cum continuatore hiſtoriae ADRIANO CATTENBVRGO. IO. FRANC. BVDDEVS Tom. II. *Lexici Hiſt.* p. 306. ISAACVS BVLLARTVS *dans l'academie des ſciences & des arts.* T. II. p. 213. VALER. ANDR. DESSELIVS *in Biblioth. Belg.* p. 397. PAVLVS FREHERVS in Theatr. erudit. p. 1103. ADAM. FRID. GLAFEY in der vollſtändigen Geſchichte des Rechts der Vernunfft Lib. III. §. 16. p. 98. ſqq. IO. GER. MEVSCHEN in *obſeruatione de vita morte & ſcriptis Hug. Grotii e variis collecta auctoribus*; & nomine ſuppreſſo in Obſſ. Hal. Tom. VII. n. 15. p. 329. publicata. IO. MOLLERVS in *Cimbr. Lit.* Tom. II. p. 253. ſqq. IOH. AD. OSIANDER *in Prolegom. Obſerv. in Hug. Grotii de I. B. & P. libros p. 33.* ADR. PARSIVS in *indice Batauico* ſiue de Naem-

roll

roll der Bataviſchen Schrüvers. IOANNES IACOBVS SCHVDT in *Vita H. Grotii ſuccintim narrata, variisque rerum memorabilium adnotationibus illuſtrata.* Frf. 1722 8. FRANC. SWEERTIVS in *Athenis Belgicis* p. 352. PFRILL. GEBAVERVS in praefatione doctiſſima Hugonis Grotii florum ſparſioni a ſe Hal. 1729. 8. editæ praefixa, immortalia Grotii merita enumerans, atque plures quos exhibet laudatus MOLLERVS l. c. p. 254. ſq. De variis Operis Grotiani *de Iure B. & P.* editionibus atque verſionibus conſule, ſi placet hanc ipſam *Bibliothecam* voce: *Bellum*: &, quae primum nominanda erat, *Biblioth. iurid. realem Lipenio-Ienichianam* voce: *Hug. Grotius.*

IOH. ARNDII *Dantiſcani* Specimen de Hugone Grotio a Commentatoribus Iuris B. & P. aliisque immerito vapulante. Roſt. 1712. 4.

Auctor tam ſtrenuum ſeſe Hugonis Grotii defenſorem praeſtitit, vt eius ſpecimen, iure locum inter apologias grotianas nactum ſit in *Vindiciis Grot.* p. 778. In capite I. agitur de commentatoribus & aduerſariis Hug. Grotii, diciturque cum Vitriario, eorum neminem, ne Boeclero quidem excepto, Grotium intellexiſſe, ideoque nullum ipſo Grotio meliorem commentatorem extare. In capite II.

oſtenditur, ſi non omnia, certe tamen pleraque Hugoni Grotio falſo & immerito contradicta fuiſſe.

Le Droit de la guerre & de la paix par Hugues Grotius traduit de JEAN BARBEYRAC: avec les notes de l'auteur & du traducteur. Amſt. 1724. 4.

Barbeyracius iam anno 1720. 8. *Grotii I. B. & P.* iunctis notulis ſuis ediderat, quae editio operis Grotiani omnibus reliquis anteponenda videtur *Buddeo*, & cuius recenſum in *Bibliotheque ancienne & moderne* invenies T. 17. p. 157. Verſio haec, de cuius editionibus conſule Ill. IENICHIVM voce: *Hugo Grotius*, ob praeſtantiam ſuam & notarum a *Barbeyracio* adiectarum elegantiam communem eruditorum adplauſum meruit. Plenius deſcribitur haec verſio atque laudatur in Deutſchen *Actis Erudit.* 96. St. 1. art. Vitam *Barbeyracii* exhibuit *M. Rev. Rathlefius* in der Geſchichte jetztl. Gelehrten. Tom. I. p. 1. ad 65.

IOH. VOLCM. BECHMANNI Inſtitutiones iuris publici axiomaticae cum analectis ad Lib. I. de Iur. nat. & Gent. de methodo ſtudii iuridici. 1688. 8.

Hug. Grotius de Iure Belli & Pacis, cum excerptis annotationibus virorum inſignium, edente IO. CHPH. BECMANNO Francf. ad Viadr. 1691. & 1699. 4.

Quam

Quam multos commentatores nactum ſit opus Grotii, & quam vaſta eorum extent, volumina, conſtat inter omnes. Ne igitur eorum omnium perlectione perdatur tempus, aut ſtudioſa iuventus, videns tantam voluminum molem a ſtudio iuris naturae deterreatur, excerpendo praecipua ex iisdem, & ad Grotium intelligendum maxime neceſſaria, inſignem certe operam praeſtitit orbi erudito *Becmannus.* Hinc BVDDEVS in *Hiſt. I. N.* §. 44. hunc laborem omnium maxime commendat, cuius iudicium etiam ſecutus eſt ILL. GLAFEY in der Geſch. des R. d. V. Lib. III. §. 36.

ADR. BEIER An & quatenus Tranſitus pro exercitu per territorium alterius poſtulari & denegari poſſit? pro illuſtrando Grotii loco L. II. c. 2. §. 13. Ien. 1675. 4.

IOH. HENR. BOECLERVS in Grotii de Iure Belli & Pacis L. I. & Capita VII. Libri II. Tubingae 1661. 8. & cum *diſſertationibus V. ad Grotium.* Arg. 1663. 8. & cum *Tabulis Boineburgianis in Grotium.* Giſſ. 1687. 8. nec non cum praefatione IOH. SCHILTERI. Arg. 1704.

Non ultra ſeptimum libri II. caput commentando proceſſit Boeclerus. Scribendi genus eſt vere latinum atque egregium. Diſſertationes quinque adiectae agunt de eo, quod egit civitas, de menſura pretii, de actione ingrati, de milite captiuo, de quiete in turbis, ſeu de

de neutralitate. Reprehenditur Boeclerus, quod praeter neceſſitatem prolixus fuerit, quod magis ex aliorum quam ſuo ingenio ſcripſerit, quod omiſerit textum Grotianum, quod leges naturales inopportunis exemplis ex hiſtoria depromtis illuſtrare conatus fuerit. Mirantur hinc viri docti hos naeuos eo magis, quo inſtructior & philoſophiae & hiſtoriae cognitione opus hoc adgreſſus fuerit Boeclerus. Sed nolint mirari. Opus enim Grotii expectabat commentatorem non modo philoſophum absque quisquiliis ſcholaſticis, hiſtoricum egregium, theologum absque nimio orthodoxiae rigore, ſed etiam, & quidem maxime ICtum conſummatiſſimum. Vt igitur de reliquis taceamus; quis neſcit, vltimum requiſitum Boeclero defeciſſe? Scimus hoc ipſo cauſam, cur abſoluto libri II. capite VII. calamum depoſuerit; ſequuntur enim caput VII. materiae de dominio & eius adquirendi modis amittendique, de promiſſionibus, pactis, contractibus etc, quibus illuſtrandis parum aut mediocriter in iurisprudentia verſatus neutiquam par eſt. Conf. de *Boeclero* STOLLIVS in der Einl. z. H. d. G. p. m. 660. & in Zuſätzen p. 208. Nihilominus hoc Boecleri opus *luculentiſſimum atque erudiriſſimum* recte appellari poterat ab Ill. IENICHENIO.

IVST. CHRPH. BOEHMERI Diſſertationes XV. Grotianae. Helmſt. 1703.

Praemiſſum eſt programma *de Grotii opere & commentatoribus.*

IOH. CLAMER. AVGVST VON DEM BVSSCHE

BVSSCHE de domino ex facto animalis præter culpam non obligato ad Grotium de Iur. B. & P. L. II. c. 17. §. 21. Lipſ. 1729.

HENR. COCCEII Prodromus iuſtitiae gentium, ſive exercitationes duae ad illuſtrationem Tractatus Grotiani de iure B. & P. Francof. ad Viadr. 1719. 4.

Conſtituerat Cocceius integro Hugonem Grotium commentario ornare. Et ſane, vt hoc conſilium gaudeat euentu, in votis habuerunt omnes ii, quos Cocceii eruditio non latuit. Verum morte praeuentus opus coeptum perficere non potuit Cocceius. Abſoluuntur in hoc prodromo Prolegomena Grotii & Liber primus, & inquiritur in principii Grotiani veritatem, & maieſtatis origines. Vitam Cocceji deſcripſit. *Ill. Glafey* in der Geſch. des R. d. V. p. m. 229. Quod perficere *Henr. Cocceium* impediuit mors, ad finem feliciter perduxit magnus eius filius.

SAM. L. B. DE COCCEII Grotius illuſtratus. Tom. I. Wratiſl. 1744. Tom II. ibid. 1746. Tom. III. ibid. 1748. fol.

Opus hoc aeternum, in quo elaborando & Pater & filius Cocceii ſudarunt diu multumque, abſolutiſſimum praedicatur ut adeo vera ſint, quae ipſe Perilluſtris auctor ſcribit: *publicato hoc opere nihil amplius, quod ad inſtruendam nobiliſſimam hanc hanc de iuſtitia naturali diſciplinam pertineat, deſiderari poſſe.* Vid.

pretandi, ſed mouendi dubia contra illum, philoſophiae, quam profitebatur, ſectae conſeruandae cauſa; Grotio namque falſum fere vbique tribuit ſenſum, quia intelligere illum vel noluit vel non potuit. Male igitur Feldenum ſuas geſſiſſe res, uno ore confitentur omnes. THOMASIVS in *paulo pleniori H. I. N.* cap. 6. §. 3. p. 70. ita de eo ſcribit: *erat enim totus Ariſtotelicus, & magis ad dubia mouenda natus quam vt ipſe in doctrina iuris naturalis adplauſum aliorum adeptus fuerit; nimis inſuper deditus ſpeculationibus, ſubtilibus quidem, ſed inanibus & parum utilibus, vt vel ex eius opere plus quam quinquaginta annorum de ſcientia interpretandi Helmſt. 1689. edito aliisque ſcriptis patet.* Longe tamen grauius in eum invehitur Celebr. GLAFEY in der Geſch. des R. der V. L. 3. §. 26. p. 113. dicens: wer dieſes elende Gewäſche lieſet, muß ſich wundern, daß vernünftige Menſchen, und ſonderlich Leute die gelehrt heißen wollen, ſo einfältig dencken können; Idem fere eſt BARBEYRACII de Feldeni notis iudicium: *on n'a iamais rien vu de plus pitoiable.* Mirum igitur non eſt, Grotio Feldenum nihil nocuiſſe.

THEODORI GRASWINCKELII ſtricturae ad Cenſuram Ioh. Feldeni in Libros H. Gr. de I. B. & P. Amſt. 1653. 4. & 12. 1654. in 4. & 12. Ien. 1675. 1678. 12. vid. Vindic. Man. Grot. p. 750.

Quamuis Feldeni dubia nullius eſſent ponderis, tamen iis remouendis neutiquam par erat Gras-

Graſwinckélius; ut enim taceam, parum fuiſſe eum in philoſophia rationali verſatum Feldenus logicae Ariſtotelicae peritiſſimus in recentiori editioni notarum ſuarum Ien. 1663. inſertis reſponſionibus ad has ſtricturas, facili negotio bonum Graſwinckelium ad ſilentium redegit. Conf. hic *Chr. Thomaſ.* l. c. p. 70.

IOH. FRID. GRONOVII notae in Hug. Grotii libros tres de I. B. & P. cum textu. Hag. Com. 1680. Amſt. 1689. 1700. 1712. 8. & cum *Barbeyracii notis* 1720. & recuſ. 1735. 8.

Iudicant de hoc libro BEYER in *notit. auctor. iurid.* ſpec II. p. 3. ſq. Anonymus auctor in vita Gronovii 1723. 8. Hamburgi edita, STOLLIVS l. c. cui notae Gronouianae videntur *extemporaneae.*

GVILIELMI GROTII de principiis iuris naturalis Enchiridion. Hagae Com. 1667. 4. Lipſ. 1669. Ien. 1672. 12.

Enchiridion Grotii eſt compendium operis fratris, nempe H. Grotii; hinc referri ſolet Guilielmus inter epitomatores Hugonis, quamvis alii velint, ipſum aemulatione laudis fraternae incenſum ſcripſiſſe. Sed longe inferiorem fratre fuiſſe, ipſumque enchiridion laudem non mereri, plurimi cenſent, qui tamen iudices iuſto duriores videntur. Ill. GLAFEYO, l. c. p. 128. cuius ex ſententia Guil. Grotius in hoc libro, perſpicuitate, ordine commodo, & ratione concludendi apta uſus eſt. Commentatores in hunc librum

extant:

extant: GEORG GOETZIVS 1669. 12. 1674. 12. IO GEORG SIMON Ienae 1675. 1682. 12. IOH IAC. MVELLERVS Ien. 1694 8. 1696. 8.

HVG. GROTII iurisprudentia vniuerſalis diuina, cura *Frid. Hackmanni.* Helmſt. 1712. 8.

MARTIN HASSEN Conceptus de Hugonis Grotii iure B. & P. Witt. 1731.

IOH. REINH. HEDINGERI Sicilimenta Philoſophiae iuris ex Grotii libris de iure B. & P. Giſſ. 1699. 4.

IOH. GOTTL. HEINECCII Praelectiones academicae in Hugonis Grotii de I. B. & P. libros III. Berolin. 1744. 8.

Praelectiones hae introductionem in Grotium, huiusque quaſi compendium facientes, optimis in Grotium commentariis, propter perſpicuitatem, qua vſus in iis eſt Heineccius, commentariis adnumerantur in Götting. Gel. Zeitungen an. 1744. Nr. 59. p. 561.

HENR. HENNIGES obſeruationes politico-morales in H. Grot. de I. B. & P. Solisb. 1672. & 1673. 8. Norimb. 1673. 8.

Obſeruationes hae ab auctore iuuene conſcriptae ſummai laude dignae optimis in Grotium commentationibus adnumerantur.

IOH. WOLFG. IAEGERI Hugo Grotius cum obſeruationibus theologicis moralibus & politicis. Tubing. 1710. 8.

Iaegerus in compendium redegit a Grotio prolixe dicta, ea methodo vt iuxta ſeriem capitum atque paragraph. operis Grotiani quaeſtionibus omnia tractet, & rationibus vtrinque allegari ſolitis in medium allatis, decidendi fundamenta addat, nec raro ſyllabum auctorum tradat, qui tum affirmatiuae tum negatiuae partis fuere ſocii, vt ita neruus exhibeatur ſine mole, & lectori occaſio ſubminiſtretur prolixius in materiam propoſitam inquirendi. Conf. *Act. Erud. Lipſ.* 1710. p. 409.

IANI KLENCKII Inſtitutiones iuris naturalis & gentium ex Hugone Grotio de iure B. & P. excerptae. Amſt. 1662. 12 1665. & 1666. 12. Ien. 1666. 12. & paulo mutato titulo *Iani Klenckii* inſtitutiones iur. nat. Gent. & publici &c. cum diſſertatione de mutat. ciuit. Paris. 1670. 8. & 12.

Conf. Vindic. Man. Grot. p. 770. & Celeb. IENICH. voce *Hug. Grot.* In Grotii mente aſſequenda parum interdum felix Klenckius eſt. Optime interim cum prodiret libellus excipiebatur, mox autem ſui amiſit amatores. In diſſertatione adnexa interitum rerumpublicarum coeco magis fato, quam culpae hominum tribuit. Conf. *Bibl. Iur. Imper. Cap. I. Poſ. 4.* §. 3.

IOH. GEORGII DE KVLPIS Collegium grotianum ſuper iure belli ac pacis anno 1682. in academia Gieſſenſi XV. ex-

ercitationibus primum inſtitutum. Editio quinta. Francoſ. 1722. 4.

Prima editio eſt Francoſ. 1682. 4. quam aliae Francoſ. 1686. Hal. 1708. 4. & fortaſſe plures ſecutae ſunt editiones. Opere ipſo, compendio quaſi Grotii perſpicuo omnium fere eruditorum adplauſum nactus eſt Kulpiſius; breuitas enim mira, iudicium maturum, moderatio vbique elucefcens, illud vehementer commendant; optimorumque quorumuis ex omnibus commentariis ſelectus efficit, ut hoc libro inſtructi, multis eiusdem generis libris tuti carere queamus. Plura de Kulpiſii labore noſſe cupientes ablegamus ad *Buddei H. Iur. nat.* §. 39. p. 52. *Chriſt. Thomaſ. Paul. plen. Hiſt. Iur. N.* p. 127. & *Vind. Grotian.* p. 639. & *Stollii Hiſt. Litt. ſupplem.* p. 208. addentes duo: (1.) in Kulpiſianum librum inſtitutas a *Gundlingio* praelectiones haberi in EIVSD. *Philoſophiſchen Diſcourſen* P. III. Francof. & Lipſ. 1740. 4. (2.) Ingenue Kulpiſium confeſſum eſſe, ſe ex Vlrici Obrechti fontibus quaedam in ſuos riuulos deriuaſſe; huius enim ſe ſcholas cum Argentorati verſaretur, frequentaſſe, gratus recordatus eſt.

IDEM de circumuentione in contractibus licita ad L. II. c. 12. §. 26. Hug. Grot de I. B. & P. Swobaci 1688.

IOH. MICH. LANGGVT Annotationum in Hug. Grot. de Iure B. & P. *ſpecimen* ad Prolegomena & Libri I. caput 1.

Ienae 1741. 8. *ſpecimen* in Libri I. cap. 2. ad 5. Ienae 1742. 8.

Plurimos Grotii interpretes ipſius mentem non perſpexiſſe, rectiſſime credens auctor perſpicuam eam reddere ex ipſo Grotio ſtudet. Ubique igitur illuſtrat Grotium allegatis locis parallelis ex ipſo Grotio magno ſtudio collectis, vt collatis iis inter ſe, mens eius magis eluceſcat. Quis igitur non adſtipulatur Cel. IENICHIO iudicanti, magnum atque eximium polliceri nobis videri electiſſimae doctrinae auctorem? plenius depingunt ſpecimina haec Allerneuſte Nachrichten von Juriſtiſch. Büchern. I. 3. p. 418. ſq. & die Göttingiſche Gel. Zeit. 1741. p. 552. & 1745. p. 78.

CYRIACI LENTVLI Imperator ſ. de Iure Belli & pacis. Herbornae 1664. 4.

In huius enim parte prima Lentulus, Profeſſor primum Herbornenſis, deinde Marpurgenſis, Naſſoviae Principum & Comitum Hiſtoriographus, Grotium ſibi ſumſit, ſupplendum, corrigendum, in eoque ſuperflua & noxia reſcindenda, methodo tamen arbitraria vſus. Vide *Biblioth. Iur. Imp. quadrip.* C. 1. Poſ. 3. §. 14.

NIC. CHRPH. LYNCKERI Series Operis Grotii de Iure B & P. Ienae 1688. F.

OTT. MENCKENIVS de vindictæ privatæ licentia ad Hug. Grot. Lib. II. de Iure B. & P. cap. 20. §. 3. ſqq. Lipſ. 1677. 4.

HV-

HVGONIS GROTII de Iure B. & P. libri tres, cum commentariis Gvil. van der Mvelen. Accedunt & Auctoris annotata ex poſtrema eius ante ante obitum cura, & *Ioh. Fred. Gronovii* notæ in totum opus. Tom. I. vltrai. 1696. Tom. II. ibid 1700. Tom. III. Amſterd. 1704. fol.

Scatet quidem hoc opus multa & varia eruditione, ſed optandum, vt libuiſſet auctori breuius rem expedire, nec, tanta mole Grotium onerare, quippe quae non poteſt non fatigare lectorem eique nauſeam mouere. *Philoſophandum eſt, ſed paucis.* Recenſum operis deprehendimus in *Act. Erud Lipſ.* 1704. p. 260. ſqq. quibus iungas *Stollium Hiſt. Litt.* p. m. 660. not. (i) & *Bibl. Iur. Imp.* C. 1. Poſ. 3. §. 13.

IOH. PHIL. MüLLERI Hug. Grotii liber de I. B. & pacis in Tabulas redactus. Francof. 1664. f.

Tabulam generalem a Grotio ipſo videri confectam, quam Mullero edendam tradidit *Matthias Biorenkloo*, Cel. *Ienichenius* retur. Vide de his Tabulis *Buddeum in hiſt. I. N.* §. 29. p. m. 38; addimus, in germanicam linguam eas eſſe translatas a IO. NIC. SERLINO ſub rubro: Tabellen überſeßet ins Teutſche, durch Joh. Nic. Serlin und dem Teutſchen Operi Grotiano de I. B. & P. anno 1709. in fol. zu Franckfurth affigirt.

IOH. IAC. MüLLER de occiſione furis nocturni ad Hug. Grotii de I. B. & P. L. II. c. 1. Ien. 1697. 4.

IDEM de iure tranſitus per alterius territorium ad Eiusd. Lib. II. cap. 2. §. 13. Ien. 1697.

IDEM de obligatione ſubditorum ex delicto ſummae poteſtatis ad H. G. de I. B. & P. Lib. II. c. 21. Ienae 1689.

IDEM de iure feciali occaſione Lib. III. c. 3. §. 3. ſqq. Ien. 1693.

SIM. HENR. MVSAEI Hugo Grotius de iure Belli & Pacis a Spinaeo & Holtermanno enucleatus nunc recuſus & ad diſputandum propoſitus. Kil. 1682. 8.

EIVSD. Specimen Hugon. Grotii de I. B. & P. caſibus fictis illuſtrati Kil. 1689. 4.

VLRICI OBRECHTI annotationes in H. G. de I. B. & P. Argent. 1684.

Vide *Biblioth. Iur. imper.* Cap. 1. Poſ. III. §. 12.

IOH. PAVLINI OLIVEKRANZII Tabulae in H. Grot. de I. B. & P. libros ex editione *Sim. Henr. Muſaei* Kil. 1688. 1690. 1706. f. & germanice vulgatae opera *Ioh. Nic. Serlini* Francof. 1709. f.

IOH. ADAMI OSIANDRI obſeruationes maximam partem theologicae in H. Grot.

Grot. libros tres de I. B & P. Tubing. 1670. 1671. 1674. 1675. 1696. & 1711. 8.

Has obſeruationes legere volenti conſtare debet de ſcopo Oſiandri. Fuiſſe autem illum ex iis vnum, qui, quicquid ſcripſerunt, animo haeretificandi ſcripſerunt, adeoque paginis tantum non in omnibus Grotium haereſeos accuſaſſe, non modo ex ipſarum ſed etiam praefationis inſpectione apparet, vbi ſcribit: *cum ante annos aliquot, ſuaſu quorundam ſtudioſorum, qui non tantum docti, ſed & pii eſſe deſiderabant, Grotii libros de iur. belli & pacis percurrerem, atque deprehenſis, quae cum fide noſtra pugnant, meam communicarem epicriſin*, & caet. Et paucis interiectis pergit: has obſeruationes quaedam abſtergere, quae orthodoxiae oppoſuerit Grotius, & vbi deliquium in veritate theologica paſſus fuerit, & ſe putare, his obſeruationibus tenaciter inhaerendum eſſe. Quem rigorem Oſiandro facile condonari poſſe putat *Buddeus* in *Hiſt. Iur Nat.* §. 32. cum ſufficeret eum fuiſſe theologum Hos autem ardua ſemper tractantes, nec minutias, quae periculum afferre religioni poſſunt, praetermittere ſolere. Sed valeat haec excuſatio vt valere poteſt; hoc tamen certiſſimum eſt, Oſiandrum non modo ea, quae religioni nocitura videri poſſent, acerbe perſtrinxiſſe, verum & ex Grotii verbis theologiae partem nullam tangentibus periculum religioni imminens, conatu, pio theologo plane indigno, quaſi extorſiſſe. De ineptiis philoſophiae ſcholaſticae, quarum plenae ſunt Oſiandri obſeruationes nihil dicentes indicamus ſaltem, huic Commentario praefixam

eſſe vitam Grotii, in qua formula ſententiae contra illum ab ordinibus Belg. foed. latae ad verbum expreſſa habetur Conf. *Stollium hiſt. litt.* p.m. 660. & *Supplem.* p. 208.

IOH. LVD. PRASCHIVS de lege charitatis ad Hug. Grot. de I. B. & P. cum deſignatione iuris naturalis ex diſciplina chriſtianorum Ratisb. 1688. 8.

Prodiit etiam teſtibus *Vinholdo* in *Notit. Script. I. N* p. 59. & auctore *Biblioth. Iur Imp* cap. 1. poſ. 6. §. 19 EIVSDEM Vertheidigung des natürlichen Rechts und kurze Antwort auf Thomaſii Einwürfe vom Geſetz der Liebe. Regenſpurg 1686. 8.

ARNOLDI ROTGERSII orationes de ſocialitate a Grotio contra Carneadem bene citata, ad demonſtrandum ius naturale.

Vidi harum quartam quae prodiit Groning. 1727. 4.

IAC. SCHATTERI diſſ. de natura virtutis ad Hug. Grotium in prolegomenis Libb. de I. B. & P. Arg. 1649.

IOH. SCHEFFERI Hugo Grotius de Iure B. & P. enucleatus ſuccinctis theſibus doctrinam Grotianam complectens. Accedunt *Schefferi* liber aureus *Ciceronis de officiis* enucleatus & *Friſii* Luctus in exequiis Magni *Gabrielis Comitis de la Gardie* Stetini 1693. 12. 1694. 12. Helmſt. 1712. 8.

&

& ex recenſione *Chr. Gottl. Schwarzii* Altd. 1718. 8.

Compendium hocce methodo erotematica in vſum *Guſtavi Adolphi Comitis de la Gardie*, cuius ſtudiis & moribus praefectus erat Schefferus, conſcriptum vno omnium ore laudatur. Imo quibusdam Schefferus Grotii mentem ita vbique adſecutus eſſe videtur, vt ne ipſe Grotius quidem eam melius in compendio exhibiturus fuiſſet. Vid. *Budd. Hiſt. Iur Nat.* §. 4. 5. & *Ill. Glafey* in *Hiſt. Iur. Nat.* L. III. §. 45. p. 121. & *Act. Erud. Lipſ.* 1693. p. 546.

EIVSD. index in libros Grotii de iure belli & pacis, ſcriptus in vſum ſtudioſorum, qui priuatim eos audiebant explicari, a Boeclero anno 1657. editus ſine auctoris nomine, recuſus Amſt. 1670. & Ien. 1673.

Vid. *Auctor Biblioth. Iur. Imper.* C. 1. poſ. 4. §. 2.

FRANC. CHR. VON SCHEIB Grotius de I. B. & P. in nuce. Lugd. Bat. 1737. 8.

IOH. FRIDEM. SCHNEIDER de fide perfidis ſeruanda ſecundum principia iuris nat. & gent. ex H. Grotii Lib. III. c. 19. §. 13. Hal. 1723. 4.

P. B. S. SCHüTZII Hugonis Grotii drey Bücher vom Rechte des Krieges und des Friedens &c. Leipz. 1707. 4.

In genere (ſunt verba Act. Erud. Lipſ. 1707. p. 468.) *igitur nobis ſaltem aſſerendum eſt, quod ſumma diligentia ac exquiſito iudicio tum textus Grotii, tum ſingula eius annotata germanico idiomate donata ſint. Et nequid deſiderari poſſet, verſus, quos ex probatis autoribus paſſim inſperſit Grotius, metro germanico noſter quoque eleganter incluſit.* Chriſt. Thomaſius in praefatione huic verſioni praefixa *de ſtatu iuris naturalis vsque ad Grotium* prolixe ſatis diſſerit.

BERNH. SCHVLZEN de ſummo imperio ad Lib. I. c. 3. Grotii de I. B. & P. Rint. 1654.

HENR. GODOFR. SCHVMANNI diſſ. de Hugone Grotio Perduellionis crimine abſoluto. Witt. 1727.

CONR. SAM. SCHVRZFLEISCHII notae ad Hug. Grotium de iure B. & P. Witt. 1674. 4.

Oculis noſtris non vſurpauimus has notas, adeoque, vtrum dubitatio *Auctoris Bibl. Iur. Imp.* C. 1. poſ. 3. §. 17. an vnquam lucem aſpexerint, vel ſaltem vnquam a Schurzfleiſchio ſcriptae ſint, fundamento nitatur nec ne, ignoramus.

IOH. GEORG SIMONIS Hug. Grotii de I. B. & P. libri tres, in quibus ius naturae & gentium, item iuris publici praecipua explicantur, cum eiusd 1) annotatis ex poſtrema ante obitum cura 2) commentatione

tatione in epiſtolam Pauli ad Philemon. & 3) diſſertatione de mari libero, publice ad diſputandom propoſiti, nouis animaduerſionibus illuſtrati. Ien. 1673. 4. 1680. fol. & 4. 1685. 4. Francf. 1688. 8. & Rudolſt. 1680. 4.

De hoc in Grotium Commentario notes 1) Grotii textum in eo retentum eſſe. 2) notas eſſe eruditas quidem, ſed non ſemper ad rem facientes nec iurisprudentiae naturali inſignem affundentes lucem. 3) Subinde ad ius publicum leges naturales accommodaſſe auctorem. 4) quandoque ſequi, quandoque deſerere Grotium, & interdum etiam cum Feldeno contra Grotium facere. Conf. *Budd. Hiſt. I. N.* §. 38. Aliter ſe habet iudicium de his notis, *Auctoris Bibl. Iur. Imp.* C. 1. poſ. 3. §. 8. nempe: *non adeo multum aeſtimari eas, ipſumque Simonem alios nullo adhibito delectu exſcripſiſſe.*

EIVSD. Grotius erotematicus ſeu in quaeſtiones redactus, cum diſſ. *Iani Klenkii de Ciuit. mutat.* Francf. & Lipſ. 1688. 8.

EIVSD. Collatio Iuſtiniani cum Grotio ſuper adquirendo rerum dominio Hal. 1695. 4.

IDEM. de fide minorum poteſtatum in bello ad Lib. III. c. 22. Ien. 1675.

HVGO GROTIVS de I. B. & P. ab HOLTERMANNO & SPINAEO enucleatus Kil. 1682. 8.

Vide

Vide ſupra vocem: *Muſaeus.*

HVGO GROTIVS de I. B. & P. cum annotationibus auctoris & notis eruditiſſimis variorum ex recenſione & cum animaduerſionibus GODOFREDI SPINAEI Lugd. Bat. 1696.

Ziegleri, Oſiandri & Gronovii notas vulgare coepit, ſed ob mortem non vltra Libr. II. cap. IV. operis Grotiani progreſſus eſt Spinaeus.

GEORG. AD. STRVVII Grotius enucleatus. Ien. 1660.

IOH. HENR. SVICERI Hugo Grotius de I. B. & P. in compendium redactus Tigur. 1682. 12. 1689. 12. 1694. 8. germanice: Hugo Grotius von Kriegs- und Friedens-Recht. Zürch 1718. 8.

Suicerus errores ſimul Grotianos circa theologica indicat. Vid. *Bibl. Iur. Imper.* C. 1. poſ. 4. §. 4.

IOH. TESMARI obſeruationes in Hug. Grot. de Iur. B. & P. cum Autoris & Ioh. Gronovii & Vlr. Obrechti notis. Francof. ad Moen. 1696. f.

de Tesmari commentario laude digno vide plura in *Beyeri Notitia anct. iurid. Spec.* II. pag. 11. ſqq.

IAC. THOMASII Specimen Tabularum nouarum in Hug. Grotium de iure B. & P. Lipſ. 1670. f.

Vid.

Vid. Cel. Ienich. in Biblioth. Iurid. voce: *Grotius. Latere ineditas* Thomaſii Tabulas in Grotium aſſerere conatur *auctor Bibl. Iur. Imper.* C. 1. poſ. 4. §. 1. ſed meliora nos docet *Perill. Gebauerus* qui ſuis oculis ſe vidiſſe eas typis expreſſas credere me iuſſit.

CHRIST. THOMASIVS de ſponſione Caudina atque numantina ad L. II. cap. 15. *ſ*. 16. Grotii de I. B. & P. Lipſ. 1684. 4.

VALENT. VELTHEMII Introductio ad Hug. Grotii opus de I. B. & P. vbi ſimul elem. ſcient. de iuris nat. & gent. prudentia cum praecip. Mat. Moral. & Polit. vt & quaeſtion. controuerſ. Ienae 1676. & 1677. 8.

Conf. *Vindic. Grotianae* p. 764. *Auctor Bibl. Iur. Imper.* C. 1. poſ. 3. §. 7. ait *parum Velthemium aeſtimant eruditi, ſcripſit enim Scholaſticorum more, et obtuſioris ingenii hominibus, qui argumentorum vim non niſi ſillogismis incluſam, percipiunt.* Mitius iudicat *Buddeus Hiſt. I. N.* §. 38. p. m. 51. nimirum *laudaueris diligentiam viri, conatusque rem litterariam iuvandi: ſcholaſticis tamen nimis eum indulſiſſe tricis, res ipſa docet. Iſta tamen tractandi ius ratione, ſi alio ſeculo vixiſſet, ingentem promereri potuiſſet laudem; ſed hac aetate, qua multi iam ſcholaſticam illam fuliginem animo detergere inſtituebant, placere paucis poterat.*

PHIL. REINH. VITRIARII Inſtitutiones iuris nature & gentium in vſum Principis CHRI-

CHRISTIANI LVDOVICI *March. Brandenb.* ad methodum Hug. Grotii. Lugd. Bat. 1692. 8. & cum *Buddei Hiſt. Iur. Nat.* Halae 1695. 8. & cum *eiusd. Select. Iur. Nat. Hiſt. & Hiſt. Philoſ. Hebr.* Lugd. Bat. 1704. 8. 1711. 8.

Sententia *Beyeri in notit. Auct. Iurid. Spec.* III. p. 7. de hoc ſcripto eſt huiusmodi: *iure meritoque magnifaciendum eſt hoc opuſculum in quo non ſolum mens Grotii exhibetur, ſed etiam expenditur, & ſubinde ab ea diſceditur, quod in allegatis marginalibus indicatur. Deinde optimi in hac diſciplina auctores eorumque loca notatu digniora ad ſingulas quaeſtiones allegantur. Porro quaeſtiones pleraeque ex vero deciduntur, & ad iuſta principia ſua reuocantur. Ordinem & quidem meliorem optarem ſed hic excuſat auctorem inſtitutum ſequendi ordinem Grotii, quoad libros, capita, paragraphos, niſi quod libro III. caput 10. cum capite 5. ſeqq. commodius coniungantur, quod & paſſim in toto opere factum eſt, ſiquando Grotius diuerſis locis eandem materiam tractauit.*

BERNH. WAGNER de conſenſu gentium eiusque vſu in cognoſcendo iure nat. ad Hug. Grot. L. 1. c. 1. § 12. Witt. 1633.

CHRIST. FRID. WAECHTLERI Lectionum Grotianarum Lib. I. Lipſ. 1680. Lib. 2. Witt. 1682. 12.

Ob lectionem magis, quam ingenii acumen, videtur laudandus, Grotium tamen diligenter vindicat, & ſub examen vocat Feldenum, Pufendor-

ſendorfium, Gronovium aliosque. *Bibl. Iur. Imp. cap. 1. poſ.* 3 §. 9. cui adiungas *Ill. Glafey* in der Geſchichte von R. D. B. L. III. p. 116.

IOH. WERLHOFII Vindiciae Grotiani dogmatis de praeſcriptione inter gentes liberas, contra illuſtrem ſcriptorem gallicum, *Petrum Puteanum* Helmſt. 1696. 4. & recuſ. 1720. 4.

Affirmat Grotius, praeſcriptionem inter populos diuerſos eorumque rectores locum habere, ſeu, diuturnam aliquam poſſeſſionem validum dominii vel imperii titulum gentibus liberis earumque rectoribus tribuere. Negabat hoc contra Grotium *Petrus du Puy* in diſſertatione; *ſi la prescription a lieu entre les Princes ſouverains?* operi illi: *touchant les droits du roi tres chretien* quod Paris. primum 1655. deinde Rothomagi 1670. prodiit, & in hoc diſſertationis: *du droit du roi au roiáume de Borgogne, contre, les pretenſions des Empereurs d'Allemagne* capiti quinto inſerta. Hinc laudabili & praeclaro conatu defenſionem Grotii contra Petrum du Puy dubia in ſe ſuſceepit B. Werlhoſius.

EIVSD. Programma de inſigni vtilitate operis Grotiani de iure naturae & gentium. Helmſt. 1700.

IOH. BALTH. WERNHERI Analecta iuris naturae & gentium, ſeu annotationes ſuccinctae ad Hug. Grot. de I. B. & P. & Sam. Puſendorf de O. H. & C. Acceſſerunt fratris

fratris *Henr. Lud. Wernheri* Diſſertationes eiusdem argumenti Witt. 1721. 8.

SAM. FRID. WILLENBERGII Sicilimenta iuris prudentiae ex Hugone Grotio. Lipſ. 1711.

Willenbergium aetate confectum placide obiiſſe hoc anno 1748. nouellae referunt litterariae.

IOH. IOACH. ZENTGRAVIVS de armis in bello prohibitis ad Hug. Grotii I. B. & P. L. 3. c. 4. §. 15. ſq. Argent. 1677. 4.

IDEM de imperio parentum in libros eiusque iuribus ad H. Grot. de I. B. & P. L. 2. c. 5. §. 1. Arg. 1695.

IDEM de caede hoſtium captiuorum ad H. Grot. de I. B. & P. L. 3. c. 4. §. 10. Arg. 1693. 4.

IDEM quid in hoſtem aqua liceat? ad H. Grot. de I. B. & P. L. 3. c. 20. §. 31. Arg. 1657. 4.

CASP. ZIEGLERI in Hug. Grotium de iure B. & P. notae & animaduerſiones. Witt. 1666. 8. 1669. 8. 1676. 8. Francof. & Lipſ. 1686. 8. Witt. 1696. 8. Argent. 1706. 8.

Buddeus in Hiſt. Iur. naturae §. 30. p. m. 39. de „his Ziegleri notis ſententiam his verbis effert: „libertatem modeſtia temperatam in eo laudant „omnes. Nec eruditionem in iis nec iudicium deſideraueris: meliora tamen & exactiora, ab iſto viro proficiſci potuiſſe, ſi ingenii ſui vires

res intendere, aut voluiſſet, aut per temporis rationes potuiſſet, omnes iudicant, quibus res eius cognitae ſuere ac exploratae. Vtilem tamen illis operam praeſtitit, qui a ſingularibus in religione opinionibus, quas more ſuo & huic operi paſſim inſperſit Grotius, ſibi cauere cupiunt. Has enim non temere praetermiſit, quin notaret eas & pro re nata refelleret. Conf. quoque *Chriſt. Thomaſ.* paulo plen. Hiſt. I. N. cap. 6. §. 6. p. 74. ſqq. & *Ill. Olafey.* Hiſt. iur. nat. L. 3. §. 33. p. m. 116.

H.

HAERESIS vid. FIDES et RELIGIO.

IVST. HENNING BOEHMER de iure ſacro & profano circa infideles. Hal. 1717. 4.

HIEROTHEI BORANOWSKII gerechtfertigter Gewiſſenszwang, oder Erweiß, daß man die Ketzer zum wahren Glauben zwingen könne und ſolle, an den großmächtigſten Leopold Röm. Kayſer. zu Neyß in Schleſien gedruckt 1673.

Vid. infra *Pomarius.*

IOACH. IVST. BREITHAVPTII Pentas obſeruationum de haereſi iuxta ſacrae ſcripturae ſenſum. Hal. 1697. 4.

In hac diſp. diſſertationes Thomaſianae, quae eodem anno prodierant, impugnantur. Vid. *Ioh.*

Fr. Buddei valde eam commendantis Erzehlung von den Pietiſten §. 72. p. 98. ſq. & *Moller*, Cimbr. Lit. T. 2. p. 122.

MINI CELSI SENENSIS diſputatio qua haereticos capitali ſupplicio non afficiendos demonſtratur. Chriſtlingae 1577. & 1584. 8. & vna cum *Theodori Bezae* & *Andr. Duditii* epiſtolis duabus contrariis 1684. 8.

Conf. *Biblioth. Iur. Imper.* C. 2. *poſ.* 7. § 18.

IOACH. CLVTENIVS de haereticis an ſint perſequendi & quomodo cum iis agendum? Argent. 1610. 8.

HENR. COCCEII diſſ. de iure circa haereticos. Francf. ad Viadr. 1699.

THEODOR. VOLCHARD COORNHERT defenſio proceſſus de non occidendis haereticis, contra 3. capita libri 4. Iuſti Lipſii, Hannoviae 1593. 8.

ANSELMO DANDINO de ſuſpectis de haereſi. Romae 1703. f.

NATHANAEL FALCK de ſtabilito imperio per coactionem conſcientiarum in negotio religionis. Witt. 1686. 4.

THEOD. GRASWINCKEL de fide haereticis ſeruanda. Dordr. 1660. 12.

IOH. CHRPH. HELZER de violenta religionis propagatione ipſo iure naturae prohibita Lipſ. 1675. 4.

ADA-

ADAMI PISETZCKY A KRANICH-FELD, Praga-Bohemi, *ICti* diſſ. qua firmiſſimis & ex fontibus iuris diuini, canonici, publici & ciuilis hauſtis rationibus oſtenditur & demonſtratur, religionem vi, carcere, tormentis, flagris, ferro, fune, flumine flamma, aliisque violentis mediis propagari non poſſe. Francf. 1672. 12.

Vid. *Bibl. Iur. Imp. c. 2. p. 7. §. 18.*

AVG. GOTTFR. KROMAYER An iure magiſtratus diuerſitatem religionum tolerare poſſit? Ienae 1719. 4.

SAM. POMARII bewieſener ungerechter Gewiſſenszwang wider Hierothei Boranowskii gerechtfertigten Gewiſſenszwang in 2. Theilen. Wittenb. 1674. 12.

Librum hunc *Hierotheo Boranovio* ψευδονύμῳ oppoſitum commendarunt VALENTINVS ALBERTI, ſub larua *Boranovii Iohannem Schefferum*, Medicum Sileſium ad pontificios transgreſſum delituiſſe ex ipſius confeſſione detegens in *praefat. diſſ. de claſſico belli ſacri non canendo*; ANTONIVS REISERVS eum, eine herrliche Arbeit, die mit unwiedertreiblichen Gründen gewaltig iſt ausgeführet, appellans, in den *Exulanten* Gedanken über den 73. Pſalm p. 514. ſq. Et vtrumque ſecutus VINC. PLACCIVS *Tom. 2. Theatr. Anon. & Pſeud.* p. 81. ſq. A CHRIST. THOMASIO contra, in *Problem. iurid. an haereſis ſit crimen?* anno

1697. Hal. edita paſſim vellicatur atque obelo notatur. MOLLERVS *in Cimbr. Litt.* T. II. p. 651. ſq. vbi vita & reliqua Pomarii ſcripta inueniuntur.

CARL OTTO RECHENBERG de haeretificii crimine. Lipſ. 1727.

CHRIST. ROEHRENSEE de ſuppliciis haereticorum. Vit. 1696. 4.

HERIBALD. ROSWEIDII diſſ. de fide haereticis ſeruanda quae cum Plancii Elencho prodiit. Antwerp. 1610. 8. recuſa Mogunt. 1707.

Bibl. Iur. Imper. cap. 2. ſeſ. 7. §. 17.

IAN. ROTGERI deciſio quaeſtionis de obedientia in negotio religionis paſſiua 1619.

IAC. SCHVLTESII quaeſtio ſingularis an rex vel princeps Chriſtianus & Catholicus datam haetetico fidem ſeruare teneatur? Lipſ. 1599. 8. Francf. 1652. 8.

Scriptorum variorum: an haeretici ſint perſequendi? collectio. Magdeb. 1554. 8.

ROBERTVS SWERTIVS de fide haereticis ſeruanda. Antw. 1611. 8.

CHRIST. THOMASII problema iuridicum: an haereſis ſit crimen? Hal. 1697. 4.

EIVSD.

EIVSD. diſſ. de iure principis circa haereticos. Hal. 1697. 4.

Scripta, occaſione prioris Thomaſii diſſertationis vulgata ſunt varia, vt: *examen doctrinae orthodoxae ad amicos quosdam, de fundamento fidei* Lipſ. 1697. 4. *Defenſio repetitionis doctrinae orthodoxae de fundamento fidei.* Lipſ. 1697. *Disquiſitio de fide, eius natura generatione, adiunctis atque fundamento, occaſione epiſtolae cuiusdam amici ad Dn. Thomaſium ſcripta inſtituta, & ad vindicandam repetitionem doctrinae orthodoxae de fundamento fidei huiusque defenſionem publicata* 1698. 4. Ad haec non ſolum ipſe reſpondit Thomaſius, ſed etiam *Anonymus in Epiſtola ad Dn. Thomaſium ſuper ſcripto cuiusdam Anonymi de fundamento fidei non ita pridem aduerſus eius diſputationem: an haereſis ſit crimen? publicato.* 1698. 4. Thomaſium defendit. Quae omnia *Volumini Programmatum Thomaſii* p. 460. ad 426. p. 439. ad 447. p. 453. ad 475. p. 475. ad 492. & p. 493. ad 543. inſerta ſunt.

D. Z. Henoticum Chriſtianorum ſeu diſputationis Mini Celſi de haereticis coërcendis, lemmata. Amſt. 1662. 8.

HEREDITAS vid. SVCCESSIO.

DIETR. GOTTHARD ECKARD An & in quantum iure naturae parentes obligentur ad hereditatem liberis poſt obitum relinquendam. Lipſ. 1720. 4.

TOB. IAC. REINHARTHI diſſ. de pacto, circa hereditatem tertii, ignorantis, certi, bonis moribus non refragante, adeoque tam iure naturae, quam moribus Germanorum valido. Erford. 1718.

Unterſuchung nach dem Rechte der Natur, wie weit ein Fürſt Macht habe, ſeinen Erſtgebohrnen Prinzen von der Nachfolge in der Regierung auszuſchlieſſen? 1718.

HISTORIA IVRIS NATVRALIS.

FRANCISCI ALEF diſp. Herculis iuridici extra biuium poſiti linea recta, hoc eſt, iuris naturae immota principia. Heidelb. 1735.

LAVRENTII ARNOLDI Collatio philoſophiae moralis cum iure ſcripto. Francof. 1601. 4.

IOH. BARBEYRACII praefatio gallicae libri Pufendorfii de I. N. & G. verſioni praemiſſa. Amſt. 1706. et 1712.

Vid. *Stoll Hiſt. Litt.* P. III. cap. 2. §. 19. not. (o) & in *Suppl.* p. 210.

GEORG. BEYERI de vtili et neceſſaria auctorum iuridicorum notitia *Specimen Pri-*

Primum. Lipſ. 1698. 8. *Specimen Secundum* ibid. 1701. 8. *Specimen Tertium* ibid. 1705. 8.

Iunctim edita ſunt haec ſpecimina, aucta praefatione Lipſ. 1726. 8. Continuata vero ab ILL. IENICHENIO, indefeſſae induſtriae viro, inſcripta: *Continuatio notitiae auctorum iuridicorum & iuris arti inſervientium, quam olim euulgauit* GEORG. BEYERVS *acutiſſimi ICtus ingenii.* Lipſ. 1738. 8.

IOH. BOCRISII Ius Naturae Rabbinorum de officiis. Ien. 1714. 4.

IOH. FRANC. BVDDEI Hiſtoria iuris naturalis. Hal. 1695. 8. adiecta *Phil. Reinh. Vitriarii* Inſtitutionibus iuris nat. & gent. 1701. 8. et longe auctior adque hanc aetatem continuata prodiit in *Select. Iuris Nat. & Gent.* Halae 1704. et 1717. 4. notisque adaucta praemiſſa *Thomae Iohnſonii* notis in S. Pufendorfii librum de O. H. et C. Lond. 1737. 8.

Delineatur *Buddei* Hiſtoria Iur. Naturae in *Actis Erud. Lipſ. An.* 1695. *pag.* 228. ad 230. eiusque elegantia & Buddei in ea conſcribenda diligentia & iudicium laudantur a STOLLIO *Hiſt. Lit.* p. m. 757. & REIMMANNO in *Hiſt. Lit.* Vol. VI. p. 100. ſq.

HERM. HENR. ENGELBRECHTI diſſertatio epiſtolica de meritis Pomeranorum

in iurisprudentiam naturalem. Gryph. 1726.

In hac epiſtola hiſtoriam ſcriptorum ad ius naturae pertinentium David. Mevii, Ioh. Franc. Buddei, Iac. Frid. Ludovici, Ioh. Phil. Palthenii, Imm. Proelei, Frid. Genzkenii, Ioh. Gabr. Wolffii aliorumque Pomeranorum deprehendis. Conf de hoc ſcripto ILL. GLAFEY *Hiſt. iur. nat.* p. 18. ſq.

IAC. WILHELM FEVERLINI diſſ. de iure naturae Socratis. Altd. 1719.

MICH. FOERTSCHII diſſ. de philoſophia morali et iurisprudentia naturali chriſtiana veterum eccleſiae doctorum. Subiuncta *Ambroſii* libro de officiis Studtgardiae 1699. 4. edito.

FRID. GENTZKENII Schediaſma morale de principiis iuſti. Kil. 1721.

In huius prolegomenis fata iurispr. nat. ab Hug. Grotio ad noſtra tempora perſequitur auctor. Prodeſſe poteſt labor hic praeguſtum hiſtoriae naturalis iuris ſitientibus. Vid. REIMM. *Hiſt. lit.* Vol. 6. p. 104.

Adam Friedr. Glaſens vollſtändige Geſchichte des Rechts der Vernunft, worinnen die in dieſer Wiſſenſchaft, ans Licht getretene Schriften, nach ihrem Innhalt und wahren Werth beurtheilet, zugleich auch von den Verfaſſern derſelben die zum Verſtändniß ihrer Bücher dienlichen Nachrichten

richten angezeigt werden, nebſt einer Bibliotheca iuris nat. et gent. in welcher zugleich die einzelnen Diſſertationes und andere kleinere Schriften, nach den Materien in alphabetiſcher Ordnung dargelegt werden. Leipz. 1739. 4. Editio prima prodiit Lipſ. 1722. 4. Iuri Naturae Auctoris praemiſſa.

Cum opus hoc eruditiſſimum ſit in manibus fere omnium, eiusque recenſus, nulla ſint relationes litterariae, in quibus non exhibeatur, inter quas ſola *Erudit. Acta German. P.* 237. *Art.* 2. *p.* 636. nominaſſe ſufficiat; noſtram in recenſendo eo operam hic non expectari remur.

GEORG. CHRPH. GLOGAVENII Specimina hiſtorico-philoſophica de iuris naturalis principio, hiſtoria et defenſoribus. Regiom. 1732.

CASP. GOTTSCHLINGII diſſ. de hiſtoria iuris naturae. Lipſ. 1700.

IAN. VINC. GRAVINAE Origines iuris ciuilis quibus ortus et progreſſus, ius naturale gentium et XII. Tabulae, legesque ac Secta explicantur. Libri tres. Lipſ. 1708. 4.

liber primus iam anno 1701. Neapoli prodiit & Lipſ. 1706. 8. cui in hac editione ſecundus atque tertius acceſſere. In ſecundo libro in fontes non modo iuris regii & XII. Tabularum inquirit ſed etiam vniuerſi iuris natu-

naturalis & gentium ortum ex interioribus cauſis arceſſit, quod quam pulcre fecerit, qui ſcire cupit, is, niſi malit ipſum inſpicere opus, adeat *Acta Erud. Lipſ.* 1708. p. 470. ſq. vbi mentem Grauinae de iuris naturalis cauſis ſeu fontibus breuiter quidem, ſed luculenter ſatis expreſſam deprehendet.

IOHANNIS GROENINGII hiſtoria iuris naturae & gentium praemiſſa Pufendorfii tractatui de O. H. et C Hamb. 1701. 12.

Nimium breuis eſt, & in multis generalis, quum ad moralia aeque poſſit adplicari. CEL. KAHLIVS in *Bibl. Struv. philoſ.* P. II. Cap. III. §. 1. Conf. quoque *Noua Liter. Mar. Balth.* 1701. p. 253.

In Praelectionum illarum Gundlingii academicarum in Sciagraphiam ſuam hiſtoriae litterariae olim inſtitutarum et a quodam, cui ſub litteris C. F. H. latere placuit, anno 1735. in lucem emiſſarum parte Tertia pag. 3296. ad 3333. et alibi paſſim varia tradi quae illuſtrationi Hiſtoriae iur. nat. inſeruiant, teſtatur ILL. GLAFEY in *H. I. N. Prolegom.* §. 53.

IOH. GOTTL. DE HACKMANN Commentatio de iure naturae genuino iurium reliquorum parente. Helmſt. 1737. 4.

IOH. GOTTL. HEINECCII Praefatio Praelectionibus academicis in Sam. Pufendorf.

dorf. de O. H. et C. Libros II. praefixa. Berolin. 1742. 8.

In hac enim breuis hiſtoria iur. nat. proponitur. Vid. die Götting. Gel. Zeitung 1742. n. 102. p. 901.

IOH. NIC. HERTII Commentatio de iurisprudentia vniuerſali Tomo I. opuſculorum inſerta Francof. 1700. et 1716. 4.

In huius enim commentationis Sectionis I. §. 28. ad finem vsque ſectionis, non modo de quorundam philoſophorum antiquorum doctrina de iure naturae, ſed etiam de Grotii Hobbeſii aliorumque iuris naturae doctorum ſyſtematibus erudite diſputat Hertius.

CHRPH. AVG. HEVMANNI *caput quintum* Conſpectus reipublicae litterariae, Hannouerae 1746. 8. denuo recuſi.

In cuius §. 37. ad 43. vsque breuis eaque adcurata iurisprudentiae naturalis hiſtoria conſpicitur.

IOH. ANDR. HOCHSTETTERI Collegium Pufendorfianum. Tub. 1700. 12. et 1710. 4.

Cuius *Exercitatio I.* §. 18. ſq. ad hiſtoriam iur. natur. ſpectat.

CHRIST. GODFR. HOFFMANNI Programma de origine et cauſis querelarum de corrupta iurisprudentia. Lipſ. 1718.

IOH.

IOH. FRID. HOMBERGK ZVM VACH Themis ſ. de ortu legis aeternae ſecundum ſententias graecorum. Marb. 1723. 4.

BERNH. KLEPPENBEIN vernünftige Einigkeit des natürlichen und bürgerlichen Rechts. Leipz. 1714. 4.

IAC. FRID. LVDOVICI Delineatio Hiſtoriae iuris diuini naturalis et poſitiui vniuerſalis, vbi varia vtriusque huius iuris in ſpecie vero naturalis fata et diſſenſiones Dd. tam veterum quam recentiorum, circa propoſitionem praecipue fundamentalem iuris naturae et concluſiones exinde profluentes hiſtorice recenſentur. Hal. 1701. 8. et multo auctior et emendatior adiecto indice rerum et verborum 1714. 8.

Laudatur haec hiſtoria iur. nat. valde a *Chriſt. Thomaſio* in praef. ad Hiſt. paulo plen. iur. nat. S. II. p. 11. ſuaeque primae delineationi Hiſt. iur. nat. Grotii verſioni germanicae praefixae anteſertur; cui adſtipulatur. STOLLEIVS in der Einl. zur Hiſt der Gelahrth. Cap. vom Recht der Nat. §. 3. p. m. 629. not. (b) licet quaedam reprehendat in ea. Acrior erat Ludouici cenſor *Reimmannus* in der Einl. in die Hiſt. Liter. Vol. VI. p. 101. ſq. Ludovici homo cholericus hanc cenſuram aegre tulit, Reimmannoque in praefatione ſecundae editionis reſpondit.

ERICI

ERICI MAVRITII Specimen diſſertationum de principiis iuris publici. Tub. 1665. 4.

Variarum gentium & philoſophorum ſententias de iure naturae explicat Mauritius. CEL. KAHLII *Bibl. philoſ. Struv.* P. II. c. 3. §. 1. p. 315.

CHRIST. FRID. GEORG. MEISTERI Exercitationes duae, exhibentes breuem hiſtoriam hiſtoriae iurisprudentiae naturalis. Goetting. 1743. 8.

Prior in *Exercitationibus Eiusd. iuridicis academicis varii argumenti* locum occupat ſeptimum, Faſciculi primi; poſterior, faſciculo ſecundo deſtinata ſeparatim adhuc exſtat.

IOH. IAC. MVLLERI Commentatio in Guil. Grotii Enchiridion de principiis iuris naturae. Ien. 1694. 8.

In huius enim commentationis, propaedei §. XI. p. 8. ſqq. ad hiſtoriam I. Nat. facientia traduntur.

NIC. PRAGEMANNI Specimen tractationis de meritis Germanorum in iurispr. natur. Ien. 1718. 8.

IMM. PROELEI teutſche Anmerkungen über Pufendorf. de O. H. & C. Lipſ. 1709. & 1718. 8.

Quibus

Quibus annotationibus hiſtora iur. nat. eſt prae-miſſa, de qua vide STOLLIVM Hiſt. Lit. p. m. 670. ſq. & REIMMANN Vol. VI. p. 42.

SAM. PVFENDORFII Eris ſcandica, qua aduerſus libros de I. N. & G. obiecta diluuntur Francof. 1686. & ibid. 1707. 4.

Ipſa Eris ſcandica quidem tota hiſtoriae iuris naturalis inſeruit; praecipue vero ob Sam. Pufendorfii ſpecimen controuerſiarum circa ius naturale ipſi nuper motarum, vltimum tenens locum, huc pertinet, cuius cap. 1. agit de origine & progreſſu diſciplinae iuris naturalis.

IAC. FRID. REIMMANNI Tomus quintus Hiſtor. liter. qui Halae 1713. 8. prodiit.

In hoc tomo propoſuit Reimmannus hiſtoriam iuriſprudentiae naturalis, obſeruatis ſollicite eius limitibus; ſola enim ea ſibi ob oculos poſuit tempora, quibus de iure naturae in diſciplinae formam redigendo cogitatum eſt. Illa enim tempeſtas, qua ignorata iuris nat. diſciplina fuit, ad hiſtoriam huius ſcientiae non ſpectat. Principium itaque nouae ſcientiae ducit auctor ab H. Grotio, cuius vitam fata & ſcripta huc facientia enarrat. Scriptores poſt Grotium iuris nat. diuidit in didacticos, polemicos & hiſtoricos. Primos ſubdiuidit in ſectarios, eclecticos & mixtos. Hi ſimul fuerunt vel Grotiani vel Hobbeſiani. Priorum principes fuerunt: Pufendorfius & Thomaſius, poſteriorum, Henr. Brede-

Bredelouius, Gundlingius, Ioh. Chriſt. Becmannus, Velthuyſius. Eclecticorum potiores ſunt Valent. Alberti, Ioh. Lud Praſchius, Henr. Bodinus, Buddeus, Cocceius, Wachterus, Proeleus, Chriſt Henr. Amthor & Auctor des andern Abſchnittes, in der erſten Entdeckung des Lichts und Rechts. Sectarii ſunt vel Pufendorfiani vel Thomaſiani Ad primos referuntur Vitriarius, Seckendorffius, ad ſecundos Placcius Hertius, ad tertios Ryſſelius, Gentzkenius. Polemici ſcriptores ob multitudinem non indicantur. Hiſtoricorum vero praecipui reputantur Puffendorfius, Thomaſius, Buddeus, Ludovici, Groeningius, Proeleus, Gentzkenius, tandemque hiſtoria iur. nat. demoſtratione vſus, quem ea praeſtat, finitur.

LAVR. REINHARDI Hiſtora iurisprudentiae naturalis. Lipſ. 1725. 8.

Hanc breuem quidem, ſed multo iudicio, praeſertim quod ad aeſtimationem valoris ſcriptorum ſpectat, conſcriptam eſſe, quidam volunt. Conf. *Ill. Glafey* l. c. p. 20.

DAN. RINGMACHERI diſſ. de iuris naturalis vtilitate indole & conſtitutione. Vlmae 1707. 4.

IOH. HENR. ROTHERI Sciagraphia hiſtoriae iur. nat. methodo erotematica conſcripta & examini iur. nat. & gent. Pufendorffii praemiſſa Lipſ. 1719. & 1722. 8.

GODOFR.

GODOFR. SELLII Progr. de iure naturae reliquorum, quae colimus, omnium perpetuo comite Goetting. 1735. 4.

GOTTL. STOLLII Einleitung zur Hiſtorie der Gelahrheit. Ien. 1718. & 1727. 4.

In huius Part. III. hiſtoria iuis nat. quatuor plagulis abſoluta exhibetur. Quod ab aliis prolixe dictum, id hic in compendio legere licet. Equidem reor, ob allegata virorum celeberrimorum de ſcriptoribus iudicia, accuratam mentionem editionum, quibus renouata ſunt ſcripta, ob chronologiam vbique obſeruatam, ob adducta tandem loca, in quibus vitarum deſcriptiones extant, iuris nat. ſcriptorum principum; in perlectione hiſtoriarum, quas de iure nat. habemus; hanc Stollii hiſtoriam, perpetuam eamque vtiliſſimam eſſe comitem poſſe.

CHRIST. THOMASII Paulo plenior hiſtoria iurisprudentiae diuinae &c. in vſum auditorii Thomaſiani. Hal. 1719. 4.

Thomaſius ſuam iurisprudentiam diuinam auditoribus explicans, in calamum dictare ſolebat quasdam poſitiones de Hiſtoria iur. nat. quas inſeruit mutatis paucis praefationi vernaculae Grotii verſioni Lipſ. 1707. 4. vulgatae praefixae. Flagrabant cupiditate videndi vberiorem elaborationem earum, lectores. Reſtinguebatur quodammodo eorum ſitis, opera Ludovici, Thomaſio ita probata, vt adquieſcendum huic ſcripto putaret. Poſtea rogatus, Thomaſius ex praefatione illa, quae

Grotii

Grotii germanici frontem exornat, confecit hanc ſuam hiſtoriam, eam ob cauſam pleniorem vocatam quippe quae priori elaboratior eſt. Recenſionem adcuratam & laudes operis quaere in *Stollianae Bibliothecae*, P. IV, p. 350. ſq. & in neuen Zeitungen von gelehrten Sachen Ao. 1720. p. 206. ſq.

GEORG. ANDR. VINHOLDI notitia ſcriptorum iuris naturae quorundam elogiis condecorata. Lipſ. 1723. 8.

Non vulgari ſtudio (ſunt verba in *Act. Erud. Lipſ.* 1724. p. 326.) in iurisprudentia vniuerſali excolenda verſatum eſſe virum clariſſimum, libellus hic, quantumuis mole exiguus, vtiliſſimus tamen documento eſſe poteſt; quem ita inſtruxit, vt ſcriptores iur. nat. & gent. non ſolum ordine alphabetico enumeret, variasque editiones ſedulo indicet, verum & ſingulorum diuerſa principia, methodumque cuiusuis propriam neruoſe recenſeat, ſubiectis plurimorum elogiis breuibus, quae velut characterem ipſorum depingunt. Id vero dum agit, non inſtauratores modo huius doctrinae principesque auctores, nec ſyſtemata tantum aut compendia, quibus integra huius iuris diſciplina proponitur, ſed ſcriptores omnes ſcriptaque, quotquot ipſi reperire licuit, etiam minora, quibus ſpecialia argumenta pertractantur, controuerſiae agitantur, quaeſtiones ſingulares euoluuntur, hac notitia complecti ſtuduit, ita, vt in hoc opuſculo 288. auctores, ſcripta vera longe plura, compareant. Inſperſit praeterea in elogiis iſtis non pauca,

pauca, quae ad hiſtoriam iur. nat. & gent. faciunt. Denique duplex ſpecimen addidit, alterum, quo recenſitos auctores inter ſe confert, eosque ad certas claſſes pro diuerſis iur nat. principiis diſpoſitas revocat; alterum, quo eorundem conciliationem tentat, annotatis praecipuis quibusdam momentis, in quibus omnes, & vel maxime diſſentientes, conſpirare animaduertit.

IOH. GEORG. WALCHII Einleitung in die Philoſophie. Lipſ. 1727. 8. et latine ibid. 1730. 8.

Ibi enim Lib. II. cap. 6. p. 457. ad 481. de ſcriptoribus iuris nat. agitur.

IOH. BALTH. WERNHERI iudicia de praecipuis ſcriptoribus iuris nat. Witt. 1699. 4, 1703. 8.

IOH. FRID. WVCHERER de nonnullis iuris nat. ſcriptoribus. Ien. 1700. 4.

IOH. IOACH. ZENTGRAVII Tract. de origine, veritate et immutabilitate iuris naturalis, Argent. 1678. 8.

THOMAS HOBBESIVS

Magni Philoſophi THOMAE HOBBES Malmesburienſis vita, partim per ſe ipſum et reliqua per Dr. R. B. conſcripta. Cum Elencho authorum qui pro et contra ipſum ſcripſere, et catalogo librorum

per

per eundem editorum et ſcriptorum. Iuxta exemplar Londini impreſſum an. 1682. 12.

Prima editio eſt: *Carolopoli apud Eleutherium Anglicum, ſub ſigno veritatis* a. 1681. 12. NICERON tom. IV. p. 314. de auctore & translatore huius vitae ſcribit: *La Vie de M. Hobbes publiée en Latin par le Medecin Richard Blackbourn eſt de la façon de Iean Aubery, qui l'avoit écrite originairement en Anglois.* Deſcribitur hic libellus a *B. Stollio* in hiſt. lit. Cap. von der Philoſophie überhaupt. p. 416. inſertus a FRID. CASP. HAGENIO *memoriis philoſophorum* pag. 69 - 125. Conſuli etiam merentur de Hobbii vita *Memoires des hommes illuſtres* Tom. IV. p. 66. Vid. CEL. KAHL. *Bibl. philoſ. Struv.* P. I. c. 2. p. 139. & imprimis ILL. GLAFEY, qui in *Hiſt. iur. nat.* Lib. 3. p. 138. ad 188. de vita, ſcriptis, principiis, aduerſariis & defenſoribus Hobbeſii prolixe atque erudite diſſerit. Scripta, quorum cauſa Hobbeſii fit hoc in loco mentio, ſunt:

Elementorum Philoſophiae ſectio 3. de ciue. Paris 1642. 4. 1646. 12. Siue elementa philoſophica de ciue. Amſterd. 1647. 12. 1657. 1669. 1673. 8. Hal. 1704. 12. et Geneuae 1742. 12.

Extat liber quoque anglice 1651. 8. & gallice, opera *Mſ. de Sorbiere* ſub titulo: *Elemens philoſophiques du Citoyen. Traité de politique, ou les fondemens de la Societé civile decouvertes par* Thomas Hobbes, *et traduits en François par un de ſes Amis*, Amſt. 1649. 8.

De Natura hominis. Lond. 1650. 12. anglice.

Vid. *Vita Hobbeſii* p. m. 60.

De homine, ſiue, elementorum philoſophiae ſectio ſecunda. Lond. 1658. et Amſt. 1668. 4.

ibid. p. m. *65.* & 120.

De corpore politico liber, or the Elements of Law. Lond. 1650. 12. et Gallice. Amſt. 1653. 12.

ibid. p. 119.

Leviathan or concerning Commonwealth. Lond. 1651. fol. et 8. et latine: Leviathan ſiue de ciuitate eccleſiaſtica et ciuili. Amſt. 1667. et 1668; et belgice. ibid. 1678. 4. et Appendix ad Leuiathanem ibid. 1668. 4.

Quaeſtiones de libertate, neceſſitate et caſu Lond. 1654. 12. 1656. 4. anglice ſub fronte: *The queſtions concerning liberty, neceſſity and Chance, ſtated and debuted between Biſhop Bramball and Thom. Hobbes.*

Litterae ad Gulielmum Noui Caſtri Ducem, de controuerſia circa libertatem et neceſſitatem habita cum Beni. Laney Epiſcopo Elienſi. Lond. 1676. 12.

Conſi-

Conſiderationes de fama, de fidelitate in regem, moribus et religione. Lond. 1662. 4. et anglice ibid. 1680. 8.

Defenſionem quoque Leuiathanis aduerſus librum Bramhalli cui titulus: *captura Leuiathanis* in ſchedis manuſcriptis Hobbeſianis aſſeruari teſtatur auctor vitae Hobb. p. m. 125.

CHRIST. GOTTFR. ALBERTI diſſ. de ortu dominii in homines, aduerſus Hobbeſium. Lipſ. 1997.

IOH. CHRPH. BECMANNI Meditationes. Francf. ad Viadr. 1672. 4.

In earum enim quarta, quae *de ſocietate* inſcribitur adoptauit principium Hobbeſianum naturam non eſſe cauſam ſocietatis ſed metum mutuum, eamque contra Hobbeſii aduerſarios propugnauit.

IOH. BRAMHALLI *Epiſcopi Derrienſis*, Defenſio verae libertatis actionum humanarum ab antecedenti et extrinſeca neceſſitate, reſponſi loco ad librum Tho. Hobbes Malmesburienſis ſuper eodem argumento Lond. 1656. 8. et Dublin 1677. fol. anglice.

EIVSDEM Caſtigationes vltimarum Hobbii animaduerſionum de libertate et neceſſitate, cum appendice, cui titulus: *Captura Leviathanis*. Lond. 1658. 8. et Dublin. 1677. fol. anglice.

Conf. Auctor vitae Hobbeſii, p. 128. affirmans, eundem Bramhallum ſcripſiſſe ſexaginta obiectiones in librum Hobbii de ciue, easque Hobbio transmiſiſſe, quae tamen ineditae manſerint.

MAR. BROCKIER de lege naturae aduerſus Hobbeſianos et alios. Erfurt. 1716.

FRANC. IVL. CHOPIVS de poteſtate et obligatione. Lipſ. 1650.

Vid. *Chriſt. Thomaſ. Hiſt. iur. nat.* p. 5. in praefat. & p. 84. & *Auctor Biblioth. iur. imper.* p. 75.

GVL. PIKE CHRISTOPHILI obſeruationes in duo priora capita Leuiathanis Th. Hobbes. Lond. 1655. 8. Anglice.

EIVSD. obſeruationes, cenſurae, confutationes variorum errorum in Leuiathane. Lond. 1662. 4.

EIVSD. obſeruationum pars altera. Lond. 1673. 4.

Verus auctor eſt GVL. LVCY teſte auctore vitae Hobbeſii p. 128.

EDVARDI COMITIS CLARENDONIAE a brief View and Survey of the dangerous and pernicious errors to Church and State in *Mr. Hobbes's* Book entitled *Leviathan*, Oxon. 1676, 8.

Bibl. Quadr. iuris imper. pag. 74.

HENR. COCCEII diſſ. Leuiathan refutatus & expoſitus. 1677. & 1704. 4.

IDEM de iure omnium in omnia. Heidelb. 1673.

EIVSD diſſ. de principio iur. nat. vnico vero & adaequato. Frf. ad Viadr. 1699. 4.

Extat quoque in EIVS *Exercit.* Vol. II. duodeuiceſimum occupans locum, repetita typis Francf. 1712. 4 cui editioni acceſſerunt vindiciae huius tractatus contra obſeruationes auctoris Anonymi, monita Iac. Frid. Ludouici, & Io. Nic. Hertii. Conf. ILL. IENICHEN Bibl. iurid. voce: *ius naturae.* Connumerandum autem eſſe inter Hobbeſii aduerſarios vtrumque Cocceium, non eſt, quod moneamus.

GISBERTI COCQVII Vindiciae pro lege & imperio, ſiue diſſertationes duae quarum *vna* eſt de lege in communi, *altera* de exemtione principis á lege, inſtitutae contra tractatum Hobbii de ciue; acceſſit *Gisb. Voetii* Disquiſitio textualis ad 1. Sam. 8, de iure regio Hebraeorum. Vltrai. 1661. 12.

EIVSD. Vindiciae pro lege, imperio & religione contra tractatus Th. Hobbii,

 tit.

tit. de ciue & leuiathan. ibid. 1668. 12.

EIVSD. Vindiciae pro religione in regno Dei naturali contra Hobb. de Ciue cap. 15. Leuiathan cap. 31. ibid. 1668. 12.

EIVSD. Hobbeſianismi Anatome, qua innumeris aſſertionibus ex tractatibus de homine, ciue, & Leuiathan, iuxta ſeriem locorum theologiae Chriſtianae Philoſophi illius a religione chriſtiana apoſtaſia demonſtratur & refutatur ibid. 1680. 8.

Conf. *vita Hobbeſii* p. 129. ſqq.

FRANC. CAR. CONRADI de ſtatu naturali Hobbeſii ex corpore iuris ciuilis profligato & profligando. Helmſt. 1744.

RADVLPHI CVDWORTHI Syſtema Intellectuale 1679. & ex anglico ſermone latino verſum, variis obſeruationibus & diſſertationibus illuſtratum & auctum, prolegomenisque & indice inſtructum a *Io. Laur. Moſhemio.* Ien. 1733. f.

Cudworthius totam Hobbeſii philoſophiam refutare ſtuduit, licet eius expreſſe non neminiſſet. Vid. *vita Hobb.* p. m. 134.

RICHARDI CVMBERLANDI Commentatio philoſophica de legibus naturalibus, in qua inueſtigatur & ſtabilitur per rerum natu-

naturam forma harum legum, firmanturque primaria earum capita, ordo, promulgatio & obligatio, ſimulque refutantur elementa ethica & politica Thomae Hobbeſii. Lond. 1672. 4. Lubec. 1683. 8. Francf. 1694. 8.

Recenſetur in *Act. Erud. Lipſ.* a. 1745. p. 581. Addimus: 1) *Cumberlandum illuſtratum* ſeu *diſquiſitionem de lege naturae ad mentem Rich. Cumberlandi* edidiſſe DAN. RINGMACHERVM. Vlm 1693. 4. 2) IOH. BARBEIRACIVM hanc commentationem e latino in gallicum transtuliſſe idioma Amſt. 1744. 4. annotationibusque locupletaſſe, quae, *auro contra carae maximam partem*, imo, *gazis cariores* appellantur in *Act. Erud. Lipſ.* a. cit. p. 586. 3) Huic editioni Barbeiracianae praefixam eſſe vitam Cumberlandi ab Anglo, Cumberlandi ſcriba, ac Decano, & Barnacenſi eccleſiaſte, conſcriptam, ſeparatim primo editam & deinceps loco praefationis praemiſſam hiſtoriae Phoeniciae Sanchoniathonis Cumberlandianae in anglicum ſermonem conuerſae anno 1720.

IOH. EACHARD Dialogus inter Thimotheum & Philautum Lond. 1672. 8.

EIVSD. Dialogus ſecundus inter easdem perſonas. Lond. 1673. 8.

Hi dialogi anglico ſermone conſcripti aduerſus dogmata Hobbii directi ſunt. *Vita Hobb.* p. 131.

ROB. FILMER Obſeruationes de origine dominii contra Hobbium, Miltonem, Grotium &c. Oxon. 1679. 8. anglice.

ADAM FRID. GLAFEY meditirender Eclecticus. Ien. 1714.

Parte I. Medit. 2.

EIVSD. Geſchichte des Rechts der Vernunft. Lipſ. 1739. 4.

pag. 141. ſqq. diiudicantur & maximam partem refutantur principia Hobbeſii.

IOH. GLANVIL Scepſis ſcientifica Lond. 1665. 4. & philoſophia pia Lond. 1671. 8.

Vehemens Philoſophiae Hobbeſianae cenſor eſt Glanuilius.

NIC. HIER. GVNDLINGII diſſ. de ſtatu naturali Hobbeſii in corpore iuris ciuilis defenſo & defendendo, occaſione *L. 5. de I. & I.* Hal. 1706. & in *Exerc. acad.* Tom. I. p. 155. ad 184.

In enumeranda hac ſcripta pro Hobbio apologia breuitati ſtudendum eſt, cum alii fuerunt prolixi. Laudatur autem illa a STOLLIO *Hiſt. Litt.* Part. III. C. 2. culpatur, contra a GLAFEYO *H. I. N.* p. 157. ſq. Explicat Gundlingius Hobbii mentem hunc in modum. Homo cupiditatibus ſuis agitur, vt ſecundum eas agat. Cupiditates ſunt malae. Quidquid agit homo ſecundum illas agit. Societatem

cietatem quaerit, ſed illis conformem. Quaecunque ſocietas affectibus noſtris conformiter initur, non eſt vera vnio, ſed diſiunctio. In omni diſiunctione eſt bellum; in omni bello caedes, rapinae, ius omnium in omnia. In bello vita defenditur. Vitam cum anticipatione defendere quilibet poſito ſtatu turbulento, poteſt. E bello nemo emergere tuto poteſt, niſi per imperium. Defendit quoque Hobbium Gundlingius in *Programmate* 1708. vulgato & in *Gundlingian*. P. 14. n. 10. contra eos, qui opinantur, Hobbeſium, omnem obligationem ex pacto oriri, ſtatuiſſe; liberauitque eundem ab Atheiſmi macula a quibusdam ei adſperſa in *Obſeru. ſelect.* tom. 1. n. 2.

CHRPH. AVG. HEVMANNI Acta philoſ. Vol. I. p. 27. & 445.

Ibi enim ſtatus naturalis Hobbeſii defenditur, modo recte eius mens percipiatur.

IACOBVS HARRINGTON in Oceana Lond. 1656. f. anglice: ſaepius in Politicam Hobbianam inſurgere dicitur ab Autore vitae Hobb. p. m. 134.

ADR. HOVTVYNI Politica contracta generalis. Hag. Com. 1681. 8.

Ad huius calcem errores indicauit Hobbeſii. Hic Houtuyn eſt idem ille, qui *Reipublicae Batauicae* a ſe editae Hag. Com. 1689. 12. Belgii ordinibus omnia exempla tradere & iureiurando aſſerere cogebatur, quod nulla exempla retinuerit, nec in poſterum hac de

re

re quicquam ſcripturus ſit, teſtante auctore *Biblioth. Iur. Imp* C. 1 poſ. 7 p. 5.

GVL. HOWELII Spiritus Prophetiae contra Hobbii Leuiathanem & tractatum Anonymi de humana ratione. Lond. 1679. 8. angl.

VLR. HVBERVS de iure ciuitatis Franeq. 1694. cum comment. Lynckeri & notis Chr. Thomaſii Lipſ. 1708. 4.

Hobbeſium ſaepiſſime refutauit.

IOHANNEM, *Lymericenſem Epiſcopum*, in vita Bramhalli, operibus eius praefixa, Hobbium vehementius perſtrinxiſſe, credere nos iubet *Auctor Vitae Hobb.* p. m. 135.

MENTETI KETWIG I. V. D. de veritate philoſophiae Hobbeſianae contra Virum Ampliſſimum Vlricum Huberum, ad Illuſtrem & Ampliſſimum Dominum D. Gerhardum Feltmannum Epiſtola. anno 1695. 8

GEORG. LAWSONII Examen partes politicae Leuiathanis Hobbiani. Londini 1657. 8. angl.

REGNER A MANSVET Tractetus aduerſus Anonymum Theologo - Politicum (Spinoſam) Vltrai. 1674. 4.

Per aduerſarii latus Hobbium petit, vid. *auctor vitae Hobb.* p. m. 135.

OTTO

OTTO MENCKENIVS de Thomae Hobbeſii Epicureiſmo. Lipſ. 1668. 4.

HENR. MORI liber de immortalitate animae Lond. 1662. & inter Opp. Philoſ. Lat. Lond. 1679. Tom. 2. p. 311.

Impugnat nempe Morus in lib. 2. cap. 3. pag. 337 - 339. dogma Hobbeſii de actionum humanarum neceſſitate. Conf. *Vita Hobb.* p. m. 134.

IOH. AD. OSIANDRI Typus legis naturalis. Tub. 1669. 4.

In quo acerbius in Hobbium inuehitur.

SAM. PARKERI diſputationes de Deo & Prouidentia diuina. Lond. 1678. 4.

Parkerus iu *Praef.* p. 12. ſq. Hobbium impietatis ſocium cum Vanino & Epicuro, inſimulat. Sect. 27. p. 86. adſtruere contendit eandem eſſe Hobbii impietatem, quae fuerit Epicuro, qui cum axiomata ſua in religionis ruinam excogitaſſet, inanibus Diſtinctiunculis eorum impietatem excuſare putet, & primum eo, quad nihil ſe mouere poſſit, nullum eſſe numen. *Sectione* 28 Hobbium nihil demonſtrare, ſed quicquid demonſtrare iactet, inepte & impudenter arripuiſſe, cumque nnllam eſſe religionem velit, niſi quam iuſſerit ciuitas, omnem ſuſtuliſſe. *Sect.* 29. aſſerit Parkerus Hobbium Deum eſſe, aperte negare, cum eum nec corporeum nec incorporeum eſſe demonſtret. *Sect.* 30. Hobbium philoſophia ciuili omnes leges diuinas tollere, male ſenten-

ſententiam ſuam de naturae ſtatu probare, obtuſeque illius impietatem excuſare ait. *Sect.* 31. pergit: Hobbium ab iisdem principiis contraria demonſtrare, nihil noui in philoſophia ciuili attuliſſe, niſi quod impium ſit atque abſurdum. Idem Parkerus in praefat. ad Politicam Eccleſiaſticam Lond. 1670. 8. anglico idiomate vulgatam agit cum Hobbio eiusque aſſeclis, tanquam omnis impietatis & flagitiorum reis; licet interim nonnullis ipſe ſuper principiis Hobbianis fundamenta ſua poſuiſſe videatur. Adi *vitam Hobbeſii* p. m. 135. ſqq.

ROB. PARSONI Concio funebris ad Exequias Ioh. Comitis Roſſenſis. Oxon. 1680.

In hac concione refert Parſonus: Comitem in extremis dixiſſe, *ſtultam illam & abſurdam philoſophiam, quam tantopere admiratur mundus, authoribus Hobbio aliisque, ſe aliosque optimae indolis de gente ſua peſſumdediſſe.* Vita Hobb. p. 137. ſq.

IOH. WILH. PFENNINGK diſſert. de iure naturae Hobbeſiano. Witt. 1683.

Sub praeſidio Ioh. Georg. Neumanni habita eſt. Reliquorum Pfenningkii ſcriprorum ſeriem vide in *Nou. Liter. Maris Balthici* 1698. p. 87. ſq.

IOH. GEORG PRITIVS de primo falſo Thomae Hobbeſii. Lipſ. 1688.

SAM.

SAM. PVFENDORFIVS, Hobbium in ſuis ſcriptis ſequitur ſaepius, paſſim tamen etiam refutat.

SAM. RACHELII liber de iure naturae & gentium. Kil. 1676. 4.

Adnumerandus eſt Rachelius Hobbii aduerſariis vehementioribus, ob ea, quae pag. 102 - 177. & p. 306. ad 311. contra eum diſputauit.

AD. RECHENBERGII Inuentum Thomae Hobbeſii compendiarium Lipſ. 1647. 12.

EIVSDEM Problema politicum: an cuius regio eius ſit religio. Lipſ. 1695.

Scite probelma ſoluitur, pariterque Hobbeſius & Houtuynus eiusque errores refutantur. VINHOLDI *not. ſcript. iur. nat.* p. 65.

ALEXANDR. ROSSAEI animaduerſiones in Hobbii Leuiathanem. 1653. 8.

Vita Hobb. p. m. 126.

IO. SHAFTO Magna naturae lex ſui ipſius conſeruandi examinata, aſſerta & vindicata contra abuſus illi ſuppoſitos a T. Hobbes Malmesburienſi Lond. 1673. 8. anglice.

Ibid. p. 131. ſq.

ROB. SCHARROCK de officiis ſecundum naturae ius, vnde caſus omnes conſcien-

ſcientiae, quatenus notiones a natura ſuppetunt, iudicari poſſunt; ethnicorum ſimul & iure, praeſertim ciuili, conſultorum conſenſus oſtenditur principia item & rationes Hobbii ad ethicam & politicam ſpectantes, quatenus huic hypotheſi contradicere videantur, in examen veniunt. Oxon. 1660. 8.

EIVSD. liber de finibus virtutis chriſtianae. Lond. 1673. 4.

Paginae 111. 117. 118. contra Hobbium tela directa habent.

IOH. PHIL. SLEVOGT de iure omnium in omnia. Ien. 1685.

PHIL. IAC. SPENER de conformatione creaturae rationalis ad creatorem contra Hobbeſium. Argent. 1653. Lipſ. 1716. 4.

IAC. STAALKOPFF de fundamento venerationis Dei religioſae aduerſus Hobbeſium. Witt. 1706.

GOTTL. STVRMII diſſert. de genuino principio iuris. nat. Hobbeſii. Ien. 1724.

SAM. STRIMESII Praxiologia apodictica, ſeu philoſophia moralis demonſtratiua, pythanologiae Hohbeſianae oppoſita. Francf. ad V. 1677. & 1697. 4.

IOH. TEMPLARII Idea theologiae Leuiathanis, in qua proponuntur 1) Leuiathanis

thanis dogmata 2) dogmatum defenſio ab authore 3) defenſionis examen. Cantabr. 1673. 8.

THO. TENISONII Symbolum fidei Hobbianae examinatum ficto inter ipſum & theologiae ſtudioſum colloquio. Lond. 1670. 1671. 8. angl.

Vita Hobb. p. m. 130.

LAMBERTI VELTHVYSII Epiſtolica diſſertatio de principiis iuſti & decori, continens apologiam pro tractatu Hobbaeo de ciue Amſt. 1651. 12.

Conſule *Biblioth. iur. imper.* Cap. 1. poſ. 7. §. 7.

IOH. WALLISIVS nonnulla contra Hobbeſium ſcripta Actis philoſophicis. H. Oldenburgii inſeruiſſe dicitur ab auctore Vitae Hobb. p. 138.

SETHI WARDI praefatio ad Tentamen de Dei exiſtentia & animae immortalitate demonſtranda. Oxon. 1642. 12.

EIVSD. Vindiciae academiarum contra Webſteri academiarum examen inſtitutae Oxon. 1654.

Wardus inter alia Hobbio plagii dicam impingit, ac ſi ſuam de ſenſatione hypotheſin ex Werneri mathematici angli ſchedis ſuppilaſſet. *Vita Hobbes*, p. 132. ſq.

EIVSD. in Tho. Hobbeſii philoſophiam exercitatio epiſtolica cum appendice reſponſoria ad calumnias Hobbii in authorem congeſtas. Oxon. 1656. 8.

HOMAGIVM

IOH. GEORG ABICHT diſſ. de moralitate homagii, regni inuaſori praeſtiti. Lipſ. 1703.

Summa diſſertationis haec eſt. Homagium eſt iuramentum ſubiectionis publice praeſtitum, vt, ſi violetur ſubiectio, Deum tanquam vltorem violationis ſtatuamus (§. 2.) Inuaſor eſt perſona, quae iniuſta belli cauſa ſubnixa, aut fortuna, aut vi armorum, alterius imperantis ſubditos eo adigit, vt ſe ipſius imperio ſubiicere, homagiumque praeſtare cogantur (§. 3.) Validitas homagii eſt obligatio, qua ſubditi ad fidem & obſequium imperanti ſuo in reipublicae tranquillitatem praeſtanda in conſcientia impelluntur, ne ſummi numinis poenas incurrant (§. 4.) Quibus praemiſſis quaeſtio proponitur: *an ciues legitimi imperantis a perſona, iniuſta belli cauſa ſubnixa, aut fortuna, aut vi armorum eo adacti, vt ſe ipſius imperio ſubiiciant, eique iusiurandum ſubiectionis praeſtent, ad fidem & obſequium ita obligentur, vt, ſi violetur ſubiectio, Deus tanquam vltor violationis metuendus ſit?* & negando ad eam reſpondetur (a) ob iniuſta arma (b) populi diſſenſum (c) illicitam promiſſionem (d) coactionem a Deo impro-

improbatam; reiectis argumentis obiici ſolitis, nempe: inuaſorem a) iure & gladii & fortunae b) exſtinctione iuris legitimi domini c) conſenſu populi d) obligatione Deo facta, e) reipublicaeque interitu niti. (§. 21 - 25.) Tandem quaeſtiones: *an longi temporis poſſeſſio illegitimam poſſeſſionem iuſtificet.* Et; *an ſubditi inuaſoris contra legitimum dominum pugnare poſſint?* euoluuntur.

IOH. EISENHARTI diſſ. de homagio; Helmſt. 1682.

SIM. FRID. FRENZELII diſſ. de iuramentis ſubditorum, alias homagio. Wit. 1661.

HIERON. FROBENIVS de homagio Argent. 1627. 4.

EDVARD FRANC. GOCLENIVS de homagio. Rint. 1685. 4.

HENR. HILDEBRANDI diſſ. de reſignatione homagii & iurisdictionis impetrata, von obrigkeitlicher Aufkündigung der Lands-Huldigung und Gericht-Schutzes, recuſa Altdorffii 1723. 4.

NIC. CHRPH. LYNCKER de religione obſequii. Ien. 1682.

THOMAE MAVLII Tractatus de homagio, reuerentia, obſequio, operis, auxilio, & aliis iuribus, quae ſunt inter

dominos & ſubditos. Gieſ. 1614. 1640. Marburg 1631. Studtg. 1671. Leod. 1701. 8.

CHRISTOPH PREIBISIVS de homagio. Lipſ. 1669.

GEORG KITTEEI diſſ. iuridico politica de homagio ſubiectionis. Giſſ. 1623. 4.

HENR. UFFELMANNVS de homagio ſeu iureiurando quo ſubditi imperantibus in republica obligantur. Helmſt. 1675. 4.

HOMICIDIVM.

HENR. BODINI diſſ. de poenis innocentum, accedente diatribe de non remittenda poena capitali homicidii. Hal. 1702. 4.

Carl Andreas Chriſtiani ob in dem natürlichen Geſetze die Todesſtrafe der Todſchläger beſtimmet? Königsb. 1738. 4.

IOH. HERINGIVS, de homicidii doloſi & voluntarii atrocitate, cum quaeſtione, an princeps delictum capitis poſſit in mitiorem poenam mutare aut remittere, Brem. 1632. 8.

PHIL. LVD. HANNECKENII diſſ. de iure

iure principis aggratiandi circa homicidium. Witt. 1712.

IOH. HERMANSSON de iure aggratiandi circa homicidium. Vpſal. 1735.

IOH. SAM. HERINGII meditatio de moralitate legis diuinae *Exod. XXI. v. 20. 21.* circa poenam domini occidentis ſeruum, facta collatione cum iure naturae, gentium & ciuili. Ien. 1722. 4.

AXELII KEMPE Diſcurſus iuridicus quaeſtiones nonnullas, homicidium & defenſionem ſui neceſſariam concernentes. Aboae 8.

Sine mentione anni.

LVD. MENCKENII diſſ. de homicidiis quae imputantur maieſtati in bello iuſto. Lipſ. 1680.

Praemiſſa in capite primo rubri explicatione, in capite ſecundo ad ipſam rem fit tranſitus. Hoſtes quorum pereuntium caedes maieſtati poteſt imputari ſunt vel armati vel inermes. Committit vero princeps in armatos hoſtes homicidium, qui iuſta ex cauſa bellum gerens, ſceleratorum hominum opera utitur, atque in exercitu ſuo ſciens volensque homines artibus diabolicis utentes alit, ut eo faciliori nanciſcatur negotio victoriam, hoſtesque incantationibus impeditos facilius trucidet. Inermium hoſtium alii geſſerunt alii non

non geſſerunt arma. Quando victor princeps, priores ex animi ferocia captiuos in bello iuſto interfici iubet, homicidia haec tribuuntur merito principi. Inermes, qui arma non geſſerunt, aut ſunt in ciuitate expugnanda, aut expugnata. Ad priores quod ſpectat, princeps ab expugnatione urbis, quae maxima talium inermium parte repleta eſt, deſiſtit tutius. Inermes qui nunquam ſumſere arma in ciuitate expugnata ſunt: mulieres, agricolae, ſacerdotes, infantes, mercatores &c. quorum omnium caedes tribuitur principi. Caput diſſertationis tertium verſatur circa homicidia, quae maieſtati imputantur, pereuntibus propriis militibus. Quoties itaque imperans, iuſta licet gerens, eum prohibere caedes & potuiſſet & debuiſſet, commiſſione ſua vel omiſſione, iisdem anſam dedit, ipſe homicidiorum reus fit. Committendo quidem, I) quando de hoſtium copia & potentia certus pauciſſimos milites aduerſus manum hoſtilem emittit, cum ſtricto, hoſtem inuadendi, ſuſtinendi aut pereundi imperio. II. Quando in Naumachia, exiſtente quouis ineuitabilis deditionis caſu, nouem, hoſtium manibus, per ignis in puluerem pyrium iniectionem, nulla militum periturorum ratione habita, eripi iubet. III. Imputantur principi homicidia facta in pertinaci & fruſtranea obſeſſorum defenſione. IV. Quando emigrantes, contra fidem liberae emigrationis, ex vrbe obſeſſa diſſimulatis cuniculis ruptis pereunt. Omittendo reus homicidii fit princeps, ſi conſilia iuniorum, imperitorum conſiliariorum imprudentia ſecutus, [illegible] neglectis

neglectis peritiorum perſuaſionibus, damnum ſuis dedit capitale.

IOH. DAV. MICHAELIS diſſ. prior ad leges diuinas de poena homicidii. Goettingae 1747.

In hac diſſ. Cel. auctor eruit mentem loci *Geneſ. IX. v. 4. ad 6.* quaeſtionem vero, vtrum lex diuina de puniendo capitaliter homicida obliget chriſtianos? in diſſertatione, quam nos expectare iubet, poſteriori, more ſuo, hoc eſt, docte ac ſolide diſcutiet.

CORN. VAN OMPHAL diſſ. de homicidio ſui ipſius Lugd. Bat. 1737.

FRANCO PAVW diſſ. de autochiria. Lugd. Bat. 1736.

CARL OTTO RECHENBERG de iure aggratiandi circa homicidium. Lipſ. 1712.

TOB. IAC. REINHARTHI diſſ. de eo, quod iuſtum eſt, circa homicidium medici eiusque poenam. Erf. 1728.

HENR. SCHARBAV diſſ. de homicidio doloſo ſupra aggratiandi ius poſito. Ien. 1708.

Max. reuerendum Scharbauium diſſertationis huius ſub moderamine M. *Ioh. Dan. Henrici* propugnatae ipſum auctorem teſtatur MOLLERVS *Cimbr. Lit.* Tom. I. p. 587.

BERNH. SCHVLTZE diſp. ad praeceptum diuinae maieſtatis V: *Non occides* ex iure naturali ac poſitiuo vtroque diuino & humano deductum. Rint. 1670.

HENR. SIVERS de homicidio licito & non licito. Reg. 1697.

NICOL. THEOPHILI Theſes de homicidio legitimo. Hafn. 1599.

Vitam & ſcripta auctoris vide in MOLLERI *Cimbr. Lit.* T. I. p. 680. & in CELEB. A SEELEN *Athen. Lubec.* P. III. p. 160. ſqq.

CHRIST. THOMASII diſſ. de homicidio linguae. Hal. 1699.

EIVSD. diſſ. de iure aggratiandi principum Euangelicorum in cauſis homicidii. Hal. 1707.

IOH. BALTH. WERNHERI diſſ. de naturali homicidiorum quorundam impunitate. Witt.

HOMO.

IOH. GARTMANNI diſſ. de obligatione hominis naturali aduerſus ſe ipſum. Vpſal. 1679.

IOH. GOTTL. HARDT diſſ. de officio hominis circa res humana forte non comprehenſas. Lipſ. 1698.

IOH.

IOH. HEIDEMANN de hominibus. Francf. 1677.

HENR. CONR. KOENIGII ſchediaſma de hominum inter feras educatorum ſtatu naturali ſolitario. Hannouer. 1730.

TOB. MVLLERI diſſ. de officio hominis quod ſibi debet. Lipſ. 1699.

Sectio I. agit de officiis hominis erga ſe quoad animum vt: a) de cognitione ſui ipſius b) de exiſtimatione ſui c) de illuſtratione intellectus d) de electione vitae generis e) de perfectione voluntatis. *Sectio II.* verſatur circa officia ad corpus pertinentia, & quidem a) laborem honeſtum amplectendum b) curam temperantiae c) vitam cuſtodiendam d) conſeruandam ſanitatem e) membrorum integritatem retinendam.

IOH. GEORG. ROESERI diſſ. moralis Vta de officio hominis erga ſe ipſum. Sedin. 1703.

CHRIST. GOTTL. SCHWARZII diſſ. de iure hominum naſciturorum. Altd. 1725.

In *Sectione I.* agitur de iure naſciturorum in genere. In *Sectione II.* de eorum iure in ſtatu libertatis. *Sectione III.* iura naſciturorum in ſtatu ciuitatis expenduntur.

SAM. STRYCK de iure hominis in ſe ipſum. Francf. ad Viadr. 1675.

HONESTAS. HONESTVM

vide *actio* et *officium*.

BENED. AEGIDII Tract. de iure & priuilegiis honeſtatis in XVIII. articulos diſtributus, quibus vniuerſum honeſti ius, ac quod ad ſingulos perſonarum ſtatus pertinet, explicatur Colon. 1620. 8. Vliſſip. 1718. 4.

Bibl. Lipen. Ienichiana voce: *honeſtas.*

IOH. FLACHSENII diſp. de radio aeternitatis ſeu honeſtate é ſuo fonte ſcilicet iure naturae emanante. Aboae 1691. 4.

IAC. FRID. LVDOVICI Progr. de honeſtate actionum. Giſſ. 1721.

CHRIST. GOTTFR. PHILIPPI de impedimentis vitae honeſtae ab actione ſenſuum imaginationis atque affectuum obiectis, a recta autem ratione remouendis. Lipſ. 1721.

IMMAN. PROELEI diſſertationes duae: Quid ſit honeſte viuere ſecundum naturae praecepta. Lipſ. 1704.

Diſſertatio prior ad hiſtoriam philoſophicam ſpectat, exhibetque tum antiquorum tum recen-

ſentiorum de honeſto ſententias utpote Platonis, Stoicorum, Marci Antonini Philoſophi, Ambroſii, Auguſtini, Lactantii, Ciceronis, Ariſtotelis, Plutarchi, Boetii, Thomae Aquinatis, Lamberti, Velthuyſii, Lockii, de Tſchirnhauſen, Grotii, Puffendorffii, Strykii, Gul. Kingi & Philareti, Auctorum Gallorum, Iuris Ciuilis Doctorum ipſiusque Sacrae Scripturae. In *poſteriori diſſertatione* auctor ſuam de honeſto ſententiam prodit in hunc fere modum. Differunt omnino inter ſeſe *iuſtum*, *decorum*, *licitum*, atque *honeſtum*. Diſcriminis huius fontes ſunt duo, nempe 1.) legis ſeu normae diuerſitas ſcil. perfectio vel imperfectio 2.) accurata aut minus exacta conuenientia actionis cum lege aut norma, ad quam exigitur. Iuſtum eſt, quando talia exercentur, quae cum natura humana & rationali ſic coniunguntur, ut cauſa iſtius officii manifeſta ſit, & cum ratione efflagitari poſſit. Honeſtum, contra eſt, quando aliquid alteri praeſtatur, quod nullo iure neceſſario ab altero exigi poteſt. Decorum eſt accommodatio ad ritus & conſuetudines, ad quam imaginatio hominum, quibuscum viuendum eſt, aſſueuit. Deducuntur ex his notionibus varia honeſtatis officia tandemque de principiorum in medium prolatorum multiplici uſu & commodo verba fiunt.

IOH. IOACH. ZENTGRAVIVS de conuenientia honeſti cum natura humana. Argent. 1686.

HOSTIS vide *Belli* aliasque *militares voces.*

GEORG. FRID. WILH. DE BREIDENBACH problema iuris naturae & gentium: *an hoſti liceat hoſtis ciues ad rebellionem vel ſeditionem ſollicitare?* Goetting. 1748. 4.

Haec diſputatio ab ipſo auctore, ingenii praecocis iuuene conſcripta, promte ac facunde, ILLVSTR. AYRERO, moderatore, propugnata eſt. Recenſum opuſculi exhibent die Götting. gel. Zeit. 1748. p. 1097. ſq.

MART. HASSEN de iuſtis imminentem hoſtem occupandi cauſis. Witt. 1711.

GEORG. HEINIVS, hoſtem in ſepulchro non eſſe violandum. Reg. 1703.

IOH. GEORG HEPPIVS, num hoſti ſit fides ſeruanda? Witt. 1701. 4.

IOH. PETR. A LVDEWIG, de ſociis ſtipendiariis hoſtis in cauſa reipublicae Memmingenſis. Hal. 1720. 4.

VLR. OBRECHT de hoſte dedito Argent. 1677. 4.

CHRIST. ROERENSEE de callidis hoſtium conſiliis. Witt. 1675.

IOH.

IOH. GEORG ROESER de veneno aduerſus hoſtem vſurpato. Francof. ad Viadr. 1690. 4.

HVMANITAS vid. *officium.*

IOH. BVRCHARD de officiis humanitatis mortuis exhibendis. Lipſ. 1700.

IOH. CENBERG. de habitudine officiorum humanitatis. Vpſal. 1704.

HENR. ERNST KESTNERI diſſ. de officio humanitatis obligatorio. Rint. 1713.

I.

IMPERANS. IMPERIVM. vid. *Maieſtas, Princeps.*

IAC. LE BLEV; de imperantium officio Gieſſae 1657.

IDEM de officio & iure obſequentium. Extat inter *diſſ. Polit. n. 6.* Gieſſ. 1660. 4.

I. G. BVRGRAFII diſſ. de ſummo imperio ciuili. Bilefeld. 1673. 4.

LEON-

LEONH. CARLIER diſſ. de imperio atque inde deſcendente, iure, obligatione & poteſtate. Wurceb. 1743. 4.

HENR. COCCEIVS de ſumma poteſtate Heidelb. 1674.

EIVSD. diſſ. de fundata in territorio & plur. loc. concurrente poteſtate. Heidelb. 1684.

IDEM de imperio ſeu dominio orbis. Francf. ad Viadr. 1712.

EIVSD. diſſ. de imperio paris in parem Francf. ad Viadr. 1697. recuſa 1715.

Imperium Dei nomine exercetur, eiusque voluntatem exequitur, Remota iuſtitia, imperium tranſit in tyrannidem. Dominium eminens exploditur & plenitudinem poteſtatis cum imperio idem eſſe aſſeritur. Dari imperium paris in parem probatur ex principiis iuris gentium, quo quis obligatur vel ex diſpoſitione ſuperioris vel facto proprio. Qui alii ſe obligat pacto, per hoc non fit inferior, ſed par alteri & liber manet. Dux & caput foederis reliquis ſociis non eſt ſuperior; quod illuſtratur exemplis foederum, Sueuici, Hanſeatici, Belgici, Heluetici, Rhetiarum Valeſiorum, Ciuitatum Graeciae &c. Imperium in foederatos & pares interdum grauius eſt, quam in ipſos ſubditos. Refutatur Monzambanus cum aliis qui ſtatuunt, imperium germanicum eſſe ſyſtema ciuitatum foederatarum. Exemplum imperii paris in parem

parem in directoribus & ducibus circulorum deprehenditur. Pacta aliis ſe ſubmittentium praecipue ex eo cognoſcuntur, vtrum quis poteſtatem ſuam omnem in alium transtulerit an vero de praeſtando aliquo pactus ſit. Quilibet ſtatus ea valide init. Reformatio Friderici III. in qua foedera ſtatibus interdicta, commentitia eſt. Priuatus illud imperium, quod ipſe non habet, alteri in ſe dare nequit. Prorogatio iudicii etiam hodie fieri poteſt. Aliud imperii paris in parem exemplum in compromiſſo & poteſtate arbitri deprehenditur. Foedus eſt aequale vel inaequale, cuius exemplum aduocatia armata conſtituit. Conceſſio feudi vaſallum non facit ſubditum. Ex foedere obligatur quis ad parendum. Violatio foederis vindicatur inter principes iure belli, inter priuatos per magiſtratum, inter ſtatus imperii vel armis vel via ordinaria. Corpori foederato non competit maieſtas. Sola violatione foederis non committitur crimen laeſae maieſtatis. Regno in feudum alicui dato, ciues regni in vtrumque dominum crimen L. M. committere poſſunt, vaſallus vero in regem feloniam.

GISB. COCKII Vindiciae pro lege & imperio. Vltrai. 1661. 12.

HERM. CONRING diſſ. de ortu & mutationibus regnorum. Helmſt. 1658.

Extat in *Opp. Tom. III.* p. 1066. ad 1081.

IDEM de ſubiectione & imperio. ibid. 1635. 4.

Et in *Opp. Tom. III.* p. 1027. ad 1034.

ERN.

ERN. SALOM. CYPRIANI diſſ. de iure regio ad Grotii L. 1. c. 4. §. 3. Helmſt. 1699.

YSBRAND VAN DAM diſſ. an liceat ſubditis reſiſtere ſuis propriis imperantibus. Lugd. Bat. 1740.

BENED. HOPFER de coërcendo intra terminos imperio. Tubing. 1679.

VLR. HVBERVS de iure populari optimatium & regali imperii. Franeq. 1689. 8.

IOH. PAVL FELWINGERI diſſ. de modis perueniendi ad imperium. Altd. 1673.

IOH. FICHLAV de imperio abſolute & relate conſiderato. Lipſ. 1650. 4.

Reuocatur ſub examen NAAMANIS BENSENII diſputatio de ſummae poteſtatis ſubiecto. Helmſt. 1650. quam vna cum Fichlouii libello, vindiciis, & praemiſſa Conringii epiſtola de hoc argumento, denuo Helmſt. 1651. 4. excudendam curauit BENSENIVS. Quae opuſcula etiam leguntur in *Conring. Opp. T. III. p. 909-950.* Vide Cel. IENICH. *in Bibl. Iurid. voce:* Imperium.

GVIL. LEYSERI diſſ. pro imperio contra dominium eminens, contra Hornium. Witt. 1673.

ERID.

FRID. MENTZII diſſ. de prima imperii inter homines origine. Lipſ. 1703.

PETR. MVLLER. de ſummi imperii ſubiecto. Ien. 1665.

GVIL VAN DER MVELEN diſſ. de ortu & interitu imperii romani. Accedit *diſſertatio de ſanctitate ſummi imperii ciuilis* Editio ſecunda, a plurimis mendis purgata & indice aucta. Vltrai. 1738. 8.

Scopus prioris diſſ. eſt, docere, ea, quae olim imperio romano propria fuerunt, imperio germanico non competere. Poſteriorem diſſ. eum potiſſimum in finem conſcripſit auctor, vt *Wilhelmum* Arauſionenſium principem a calumniis immunem praeſtaret, ac ſi ius atque fas omne abrupiſſet, vbi fugiente ſocero, clauum regni Britannici capeſſiuit. Ambae diſſertationes in ſpeculo quaſi praeſentantur in *Act. Erud. Lipſ. an. 1740. menſ. febr.* pag. 79-85.

IOH. MVSICK de officio imperantium Witt. 1689. 4.

GER. NOODTII orationes duae de iure ſummi imperii & lege Regia. Lugd. Bat. 1699. 1705. 4. & 1736. f.

Recenſetur prior in *Act. Er. Lipſ. an.* 1714. p. 473. vbi appellatur *maſcula* & *erudita*; maiorem ipſi vero laudem ſtatuit *Reimannus in Catal. Bibl Theol. ſyſt. crit.* p. 673. Hanc

Hanc orationem quoque, ac eam de libertate conſcientiae, quae in *Act. Erud. Lipſ. l. c.* diſerta & *locuples* vocatur, in gallicum idioma translatas iunctim edidit *Barbeyracius*, Amſt. 1707. 12. ſuisque notis locupletauit, imo nouam editionem Amſt. 1714. 12. curauit cui acceſſerunt *Io. Frid. Gronouii de lege regia diſſertatio*, gallice reddita, & ipſius *Barbeyracii diſſ. de natura ſortis*. Haec complectitur vindicias contra *Ioncourtium*, qui epiſtolis quatuor *de ludis fortunae* Hag. Com. 1713. editis librum Barbeyracii de ludo vellicauerat. Prodiit deinde haec collectio denuo in Barbeyracii *Recueil de Diſcours ſur diverſes matieres importantes*. Amſt. 1731. 12. in qua editione diſſ. de ſorte eſt omiſſa, nouaeque editioni tractatus de ludo deſtinata. Vid. *Max. Reuer. Rathleſii* Geſchichte der Gel. Tom. I. p. 33. *Noodtii* vero orationes de iure ſummi imperii & de libertate conſcientiae ex verſione Barbeyracii in idioma anglicum verſas edidit *Ioh. Sauage* Lond. 1708. germanice earum ſecundam etiam ductu verſionis gallicae vulgauit Anonymus, qui teſte laudato *Rathleſio*, Dippelii amicus, PAGENKOPENIVS, eſſe dicitur, ſub fronte: Des berühmten Gerhard Noodts gelehrte Rede von der Freyheit des Gewiſſens, nach dem lateiniſchen Original und der franzöſ. Verſion des Herrn Barbeyracks, ins teutſche überſetzet und mit einer Vorrede verſehen. Frankf. u. Leipz. 1724. 8.

IAC. OMPHALIVS de poteſtate & officio principis. Baſil. 1650. 4.

IAC. OTTONIS Cynoſura Auguſti & Auguſtae ſ. Tractatus Hiſtorico-Iuridico-Politicus repraeſentans ideam quandam optimi cuiusque imperantis. Argent. 1680. 4.

IOH. VLR. PREGIZER de modis quibus imperium & dominium publicum deſinunt. Tubing. 1690. 4.

IOH. EBERH. ROESLERI diſſ. de iure ſummorum imperantium in vitam ciuium. Tubing. 1714.

Defenditur in hac diſſ. ius principis in vitam ciuium ex conſenſu illorum, non obſtante trito illo: *quod quis non habet illud in alterum tranſferre nequit*. Ponuntur tamen ſimul huic poteſtati imperantis, quos ipſa ratio dictat, limites.

EIVSDEM ſtricturae ſelectiores de iuribus quibusdam potioribus ſummorum imperantium. Tubing. 1715. 4.

Abſoluitur hoc ſcriptum quatuor quaeſtionibus quarum *prima* oſtendit, quid de poteſtate legislatoria ſit ſentiendum. Nimirum ciuitatem legibus carere non poſſe; hanc vero leges ferendi poteſtatem ſoli competere imperanti, caeteris gloriam parendi relictam eſſe. In *quaeſtione* 2. dicitur, ad quem pertinet pars legum definitiua ad eum etiam pertinere partem legum vindicatiuam, atqui vero illud ius competere imperanti, ergo etiam ius puniendi,

 qua

qua occaſione Grotius refutatur. *Quaeſtio* 3. inquirit an & quomodo imperantibus ius vitae ac necis competat in ciues? nempe ſalutem populi ſupremam eſſe legem, haec ne turbetur, efficere poſſe & debere principem, etiam cum interitu peccantium. *Quaeſtio* 4. an & quomodo maieſtati ius competat circa ſacra? deciditur affirmando, adductis regum Dauidis & Salomonis exemplis.

EIVSD. diſſ. de iuſtis imperandi cauſis. Tub. 1721.

HENR. BALTH. ROTHII diſſ. de imperio paris in parem. Ien. 1677.

CASP. SAGITTARIVS de motibus heroicis, eorum praecipue, qui cum imperio ſunt. Ien. 1682.

MARIVS SALMONIVS de iure magiſtratus in ſubditos, & officio ſubditorum erga magiſtratus. Magdeb. 1604. 8.

RADBOD. HERM. SCHELIVS de iure imperii. Amſt. 1671. 12.

MICH. SCHREIBER de concordia imperii & libertatis. Regiom. 1701. 4.

BERNH. SCHVLZEN diſſ. de ſummo imperio. Rint. 1654. 4.

IOH. EBERH. SCHWELLING de iure imperantis circa ſeminarium Reipublicae. Brem. 1697.

IOH.

IOH. PHIL. SLEVOGT de modis ſummum imperium adquirendi. Ien. 1689. 4.

CHRIST. LVD. STIEGLITZII diſſ. de iure imperantium in ius quaeſitum ſubſubditorum. Lipſ. 1713. 4.

In hac diſſ. iuris philoſophia ſtilo maſculo adhibita eſt. Conſ. VINHOLD p. 77.

ABRAH. HENR. DEVTSCHMANN de officio imperantium. Witt. 1691. 4.

GEORG. THEGEN de imperio hominis in hominem naturali. Regiom. 1711. 4.

VALENT. VELTHEMII diſſ. de iure imperii quaeſito. Ien. 1674. & recuſa 1678. 4.

§. 1-5. probatur nullum eſſe imperium ſine ſocietate §. 5. agitur de iure imperii maritalis quaeſito §. 6. modus adquirendi maritale imperium eſt conſenſus vtriusque coniugis §. 8. Imperium maritale eſt limitatum §. 10. Ius maritale vxorem puniendi ſuos limites inuenit prae caeteris poenarum iuribus §. 11. *Hornius* & *Henniges* refutantur. §. 14. Imperium maritale a natura quaeſitum requirebat foeminae conſenſum. §. 15. Conſenſus mutuus eſt titulus iuris maritalis quaeſiti. §. 16. Furioſi nequeunt quaerere ius maritalis imperii nec infantes, nec naturaliter impotentes, nec fouentes errorem ſubſtantiae aut, ſubſtantialis qualitatis. Aliter tamen ſentiendum eſt de laborantibus errore accidentali.

§. 17. Imperium maritale finitur morte, & amittitur periurio alterutrius partis. §. 20. Vxoribus ſunt quaeſita iura, non imperium. §. 21. De iure imperii paterni quaeſito. Etiam matri quaeri imperium in liberos. §. 22. *Hobbii* de hoc ſententia exploditur §. 23. de modo adquirendi imperium paternum. §. 24. *Hugo Grotius* contra *Hornium* & *Hennigem* defenditur. §. 26. De imperii paterni limitibus. §. 28. *Bodinus*, *Hornius*, *Henniges* refutantur. §. 29. Auctoritas S. S. fruſtra ad partes contrarias trahitur. §. 31. de ſingulari paterno imperio vendendi & oppignorandi filium, liberosque proſtituendi. §. 34. & filio praeſcribendi certum vitae genus §. 35. & dandi illi vxorem §. 36. & alimenta in ſenectute a liberis §. 37. perque omnem vitam reuerentiam exigendi. §. 38. De iuribus quaſi paternis §. 39. De modis amittendi iura quaeſita paterna. §. 40. De iure imperii herilis §. 42 ortus eius debentur ipſi naturae §. 43. Tituli imperii herilis ſunt, ius belli, delictum, emtio venditio, ius natiuitatis. §. 46. non competit hero ius vitae ac necis. §. 47. refutantur *Hornius* & *Henninges* §. 49. De limitibus imperii herilis, facultate ſeruo monſtrandi & praeſcribendi, quid fieri ab illo, quidque omitti velit &c. §. 50. De iura vendendi ſeruos. §. 51. Refractarios eiiciendi & ex familia excludendi. §. 53. De modis amittendi imperium herile i. e. libertatis donatione, dando cauſam abdicationis ſeruo, fuga ſerui. §. 56. De iuribus imperii quaeſiti in ſocietatibus minoribus compoſitis, de iure imperii domeſtici. §. 57. De iure imperii ciuilis

lis quaeſito. §. 68. eiusque conſtituendi finiendique modis. §. 69. ad finem.

IOH. WALDSCHMIDT de imperantium iure in refractarios ruſticos homagium imprimis denegantes. Warb. 1726.

CHR. WEISE de exiſtimatione imperantium. Weiſenſ. 1675.

HENR. LVDW. WERNHER de ſtatu ſummorum imperantium exlege. Lipſ. 1704.

ADAM WITTICHII Epitome cauſarum originis mutationum & interituum imperiorum & rerumpublicarum. Wratisl. 1599. 4.

GABRIEL ZINANVS de ratione optime imperandi. Mogunt. 1628. 8.

IMPVBES.

CARL. MATTHI. DAEGENERI diſſ. de naturali impuberum obligatione. Lipſ. 1721.

IMPVNITAS.

EHRENR. GER. COLDEWEY de moralitate impunitatis occaſione Clem. I. de Celebr. Miſſae. Groening. 1725.

THOM. LANSIVS de iure regio in impunitate delicti. Tubing. 1609. 4.

PETR. SCHVLZII diſſ. de impunitate. Francf. 1689.

IMPVTATIO.

ANDR. BOEHMII Specimen primum mathematico-philoſophicum de quantitate motiuorum & imputationis determinanda. Marb. 1741. 4.

Quam ſubtili calculo ſingula ſubducat, & noua quadam & paene inſolita dicendi ratione, motiuorum & imputationis actionum quantitatem determinare ſibi ſumſit auctor vide in Götting. gel. Zeitungen 1741. p. 865. ſq.

IVST. HENN. BOEHMER de imputatione culpae propriae. Ien. 1695. 4.

IOH. CHRPH. DOMMERICHII progr. conſenſum in facti alieni imputatione, verum imputationis fundamentum eſſe. Helmſt. 1748. 4.

Vid. Alton. gel. Zeitungen 1748. St. 59.

IOH GOTTFR. FORBIGER de imputatione. Witt. 1701.

NIC. HIER. GVNDLINGII obſeruatio von der Imputation und Zurechnung.

In Gundlingianis Part. 36. p. 56.

EPHR.

EPHR. GERHARD de imputatione damni per ignorantiam commiſſi. Ien. 1714.

IOH. FRIDR. KREBSII diſſ. de imputatione actionum alienarum ſecundum naturam & principia ex iuris naturalis fontibus deducta. Ien. 1675.

CHRIST. WILH. LOEBERI diſſ. de imputatione actionum ex ebrietate fluentium Ienae 1714.

Caput I. agit de ebrietate, Cap. II. de actionibus ex ebrietate fluentibus. Cap III. de imputatione in genere Cap. IV. de imputatione actionum ex ebrietate proficiſcentium, in hunc fere modum; actiones ex tali ebrietate emanantes, quae intellectus vſum & voluntatis operationes non penitus vincit, recte imputantur. Actiones quas parit ebrietas, mala conſuetudine & proereſi contracta, ſuo iure imputantur. Actiones quas progignit ebrietas per ignorantiam & inconſiderantiam, modo imputandae ſunt, modo minime. Eae vero, quas generat talis ebrietas, quam coactione inducti contraximus, minime ſunt imputandae.

IOH. LVZIVS de harmonia iuris naturalis & criminalis in doctrina de imputatione criminum. Lipſ. 1734. 4.

PETR. MVLLERVS de imputatione delicti. Ienae 1704.

NIC. CHRIST. REMLING de imputatione actionum moralium. Witt. 1681. 4.

CHRPH. ANDR. REMER de imputatione actionum moralium ex melancholia prouenientium. Vltrai. 1710.

Inſeruit auctor hunc iuuenilis induſtriae foetum vtiliſſimo *de vero obligationum valore* libro p. 204. conf. CEL. IENICH: voce: *imputatio*

IOH. ERNST SCHVBERTI Progr. de imputatione facti alieni vniuerſam theologiam illuſtrante. Helmſt. 1748.

SAM. STRYCKII diſſ. de imputatione facti alieni. Francf. 1688.

HENR. LVDW. WERNHERI diſſ. de fundamento imputationis actionum moralium. Lipſ. 1703.

Fundamentum imputationis actionum moralium eſt libera voluntas in agendo, vnde fluit, non poſſe nobis imputari, quod non eſt in poteſtate noſtra, quo ſpectant *impoſſibilia*, *naturalia*, *caſualia & fortuita*. Neque etiam illud imputari poteſt, quod fit ceſſante vel deficiente rationis vſu, neque, ſi actio ex ignorantia inuoluntaria, & inuincibili proficiſcatur; neque quod fit ex errore, aut ineuitabili quadam neceſſitate; ex vi metuque, vt vero actio imputari poſſit, non *praeciſe* requiritur, vt aliquis ſit cauſa eius *phyſica*; *ſed ſufficit*, eſſe *materialem*.

IN-

INAEQVALITAS.

CARL. FRID. KRANEWITTERI diſſ. de inaequalitate hominum. Witt. 1715.

Omnes homines eſſentia ſunt aequales, fiuntque inaequales per accidens. Cuius inaequalitatis intuitu auctor ſequentes tradit regulas. a) Aequalitatem ne extendas nimis. b) Inaequalitatem ne extendas nimis. c) Vbi cauſa praerogatiua accidentalis non adeſt, ibi ſerues aequalitatem. d) Nemini praerogatiuas iuſtas turbes aut inuideas e) Duos vel plures aequales aequaliter tracta, nec vnum alteri praefer ſine cauſa. f) Quando praerogatiuam tibi debitam exerces, modeſte & ſine faſtu id facias. g) Principis determinatio praerogatiuarum ſit tibi rata. h) Si alteri iuſte ſis inaequalis, patienter feras.

IOH. GEORG ROESERI diſſ. de aequalitate & inaequalitate hominum. Sedin. 1705.

Conſpectum totius diſſ. prout in capite eiusdem apparet, exhibent Noua Litter. Mar. Balth. 1705. menſ. Aug. p. 228. ſq.

INCESTVS.

ANON. Abhandl. von der Blutſchande nach dem Rechte der Natur.

Extat in den Oberlauſ. Beyträgen zur Gel. und deren Hiſtor. Tom. 2.

FRID.

FRID. BENED. CARPZOVII diſſ. de poena excisionis iure poſitiuo vniuerſali in inceſtas nuptias ſtatuta. Vit. 1738.

Opuſculum ſelectae & reconditae doctrinae pleniſſimum IENICH.

De inceſtu iuris Gentium ad cap. Leuit. auctore F. H. C. A. D. Lemgou. 4.

Auctor eſt FRID. HERM. CRAMERVS ille (vt *Vinholdi*. p. 21. verba faciam mea) nobiliſſimus ICtus qui cum diſputationibus Coccejanis etiam fata & merita huius magni Iurium aſſertoris, in lucem edidit. Qua ex editione ſatis erit manifeſtum, quantum ipſe operibus & doctrinis Cocceianis fauerit, dignus longa memoria, qui diuerſas iuris varii expoſitiones ſingularis interpretis in vnum corpus, curis praeclaris incitatus, colligere tanti fecit.

ANDR. GETSCHE de eo, quod iuſtum eſt, circa diſpenſationem matrimonii ob legem conſanguinitatis vel affinitatis iure diuino prohibiti. Hal. 1718. 4.

MICH. HENR. GRIBNER de inceſtis cum nouerae matre nuptiis. Vit. 1709.

Et in *ſel. opuſc. iuris priuati* T. I. S. I. p. 1 - 21.

DAN. FRID. HOHEISEL de fundamentis diſpoſitionum iuris diuini poſitiui de inceſtu e ſana ratione repetendis. Hal. 1723. & 1734. 4.

FRANC.

FRANC. HOTTOMANNVS de caſtis & inceſtis nuptiis.

Extat cum *Tract. de Spuriis & legitimatione*, Lugd. 1593. 8.

AVGVSTIN. LEYSERI diſſ. de inceſtu, Witt. 1736. & in *Medit. ad Pand. Sp.* 586.

CHRIST. LOEBER de legibus naturae ſecundariis ad leges matrimoniales de inceſtu commentatio. Ien. 1702. 4.

MICH. RHODII diſſ. de inceſtu contra naturam. Francof. 1703.

BART. LEON. SCHWENDENDOERFFERI diſſ. de inceſtu. Lipſ. 1662.

ADR. STEGERI Oratio de principibus inceſtarum nuptiarum apud gentiles auctoribus. Lipſ. 1734.

GOTTL. GERH. TITIVS de polygamia, inceſtu & diuortio iure naturae prohibitis. Lipſ. 1712.

Extat quoque in *Titii Diſpp.* pag. 535-578.

IOH. WOLFG. TRIER de proportione ſeruata in legibus Moſaicis de inceſtu. Francf. ad Viadr. 1726.

LAMB. VELTHVYSEN de naturali pudore & inceſtu. Vltrai. 1676. 4.

IN-

INCONTINENTIA.

ROB. SCHARROCK Iudicia de variis incontinentiae ſpeciebus. Tubing. 1668. 8.

INDVCIAE.

IAC. LE BLEV diſſ. de induciis.

Extat. in EIVSD. *Diſpp. Polit.* Giſſ. 1660. 4. nr. 2.

IAC. PANCRATII BRVNONIS oratio de induciis non violandis. Altd. 1690.

IVLIVS FERRETVS de feriis & induciis militaribus, Treuga & pace. Venet. 1575. f.

BERNH. SCHVLTZE de iudiciis belli. Kil. 1683. 4.

CONR. SAM. SCHVRZFLEISCHII diſſ. de induciis. Lipſ. 1668. 4.

Et in *Opp. Hiſt. Polit.* n. 73. p. 963. Pleraque ad politicam prudentiae limam ingenii dirigit ſed & nonnulla iuris gent. admiſcet, & in res geſtas gentium accurate iucunde & fructuoſe delabitur. VINH. p. 72.

IOH. STRAVCHII Diſſertationes quinque de indiciis bellicis, cum aliis EIVSD. Diſſ. Brunſuic. 1662. 4. & ſeorſim. Witt. 1668. 4.

OCTAV.

OCTAV. VVLPELLVS de induciis, pace & promiſſione de non offendendo. Venet. 1573. f.

INFAMIA vid. *Fama, Exiſtimatio.*

MARTIN. AZPILCVETA de detractione famae eiusque reſtitutione. Rom. 1585. 4.

HENR. BODINI diſſ. de iure circa infamiam eiusque inter chriſtianos abuſu. Hal. 1710.

ANTON. CORDVBENSIS de famae reſtitutione. Compluti 1553. 4.

MARQ. FREHERVS de fama & infamia. Francf. 1558. 8.

IOH. HENR. MEIER de infamiae iuſtitia. Erfurt. 1701. 4.

OTTO de reſtitutione natalium & infamium. Auguſtae Vind. 1678. 4.

Conf. *Biblioth. Iur. Imper.* Cap. 1. poſ. X. p. 203.

BARTH. LEON. SCHWENDENDOERFFERI diſſ. de infamia. Lipſ. 1667. & recuſa ibid. 1716. 4.

CHRIST. THOMASII diſſ. de exiſtimatione fama, & infamia extra rempublicam Hal. 1709.

EIVSD.

EIVSD. diſſ. an poenae viuentium eos infamantes ſint abſurdae & abrogandae? ibid. 1723.

CHR. BENIAM. WACHTER de non ente ciuili, infamia facti. Erf. 1736.

I N I V R I A.

GEORG. BEYERI Progr. de actionis iniuriarum indole chriſtianae religioni non aduerſante. Witt. 1709.

IVST. HENNING. BOEHMER de iniuſtitia actionum iniuriarum. Hal. 1701. 4.

HENR. BODINVS de abuſu aeſtimationis & moderationis iniuriarum. Hal. 1698. 4.

GEBH. GABBERS diſſ. de propulſanda iniuria. Lugd. Bat. 1739.

CHRPH. GVARINOSIVS an deceat hominem ciuilem, ignoſcere ei, a quo iniuriam acceperit? Francof. 1600. 4.

IOH. PAVL KRESS de iure ſummo, iniuria ſumma. Helmſt. 1713. 4.

AVGVSTIN. LEYSER de pietate & iuſtitia remediorum contra iniurias. Witt. 1733. 4.

Extat quoque in EI. *Medit. ad D.* Sp. 542.

EIVSD.

EIVSD. diſſ. de iniuriis quae in non faciendo conſiſtunt. Witt. 1734. & in *Medit. ad D.* Sp. 549.

IOH. PET. DE LVDEWIG von der vernünftigen und unvernünftigen Lehre: daß ein geſchimpfter vor ehrloß zu achten.

Extat in Hälliſchen Anzeigen 1734. vnde in appendicem ad Klugkiſtii diſſertationem de veris duellorum limitibus cum animaduerſionibus ſuis. Hal. 1736. recuſam transſcripſit *Aug. Rud. Ieſaias Bünemannus.* Vid. CEL. IENICH: voce *iniuria.*

IOH. HENR. MEIERI diſſ. de moralitate actionum iniuriarum. Erf. 1715.

IOH. PHIL. SLEVOGTII Epiſtola de aequitate retorſionis iniuriarum. Ien. 1675. & 1678.

Scripta eſt haec epiſtola ad *Gerb. Pfannkuchium*, qui in *Tract. de prohibitis verbalium iniuriarum retorſionibus.* Frf. 1673. retorſionem illicitam eſſe adſtruxerat, in qua *Struuii* contrarii in *Tract. de vindicta privata & retorſione iuris iniqui.* Ien. 1678. ſententiam propugnauit.

GOTTL. SAM. TREVERI diſſ. de iniuriis religionis colore exornatis. Helmſt. 1728.

SAM. FRID. WILLENBERG de effiĉta ſiue pſeudo iniuria. Gedani 1731.

INIVSTITIA.

IOH. FRANC. OMPHALIVS de ſumma imperiorum ſub chriſtianis in litibus & pactis iniuſtitia. Amſt. 1667.

CYPR. REGNERVS de iniuſtitia quarundam legum romanarum contra Maeſtertium. Leidae 1640. 12.

INNOCENTIA.

IOH. AMSEL de homine innocente non occidendo. Regiom. 1716. 4.

LVD. CHRIST. CRELLIVS de ciuis innocentis in manus hoſtium ad necem traditione. Lipſ. 1695. 4.

ADAM RECHENBERGII diſſ. de innocentia inaudita. Lipſ. 1695.

CHRIST. ROEHRENSEE de poena innocentis. Witt. 1680.

IOH. A SCHVLTZ SZVLECKI de nocentis & innocentis deditione. Francof. ad Viadr. 1702. 4.

SAM. FRIDR. WILLENBERGII diſſ. de licita innocentium caede. Gedan. 1708. 4.

INSTINCTVS.

IOH. CHRIST. CLAPROTHII Abhandlung von den natürlichen Trieben des Menſchen.

Deprehenditur in Eiusd. Sammlungen juriſtiſcher philoſ. und critiſcher Abhandlungen St. 3. Abh. 1. in qua beatus auctor demonſtrat, inſtinctus naturales per ſanae rationis dictamen temperatos primum iuris naturae principium conſtituere.

INTENTIO.

IOH. THEOPH. KEVLING, de intentione actionem malam non mutante. Hal. 1704.

CHRIST. GOTTL. SCHWARTZII diſſ. de falſa methodo dirigendae intentionis. Altd. 1717.

INTERPRETATIO.

IVST HENNING BOEHMER de interpretatione contra eum facienda qui clarius loqui debuiſſet. Hal. 1700. 4.

BARTHOL. CAEPOLLA de interpretatione legis extenſiua. Venet. 1557. 8.

HERM. GONRINGII diſſ. de interpretatione legum. Helmſt. 1674.

ANDR. DINNERVS de interpretatione contractuum & conuentionum. Stutg. 1661. 4.

IOH. CORN. EWERWEIN de arte interpretandi leges. Erf. 1717.

IOH. VON FELDE de ſcientia interpretandi. Helmſt. 1689. 4.

IOH. ZACH. HARTMANNI Progr. de recta & genuina legum interpretatione. Kil. 1730. 4.

CHRIST. GOTTFR. HOFMANN de ratione interpretatandi leges imperii Romano-Germanici publicas. Lipſ. 1720.

IOH. LAVR. HOLDERIEDER de principiis interpretationis legum adaequatis. Lipſ. 1736.

CASP. HENR. HORNII Praelectiones iuridicae de interpretatione iuridica. Witt. 1707. ibid 1728. 8. & cum annotationibus *Ioh. Chriſt. Hedleri.* Witt. 1733. 8.

GOTTFR. LANGIVS de eo, quod obſeruandum eſt circa interpretationem legum. Erf. 1702. 4.

IOH. PAPYRII MASSONI Philocalia ſiue de recta iuris interpretandi ratione. Paris 1605. 8.

IOH.

IOH. FRID. OLEARII Progr. de authentica legum interpretatione a legiſlatore expectanda. Lipſ. 1708.

CHRISTPH. GOTTFR. PELLER DE SCHOPPERSHOFF de interpretatione legum politica. Altd. 1719. 4.

IOH. REBHANII diſſ. de interpretatione iuris obſcuri. Argent. 1671.

CARL. AVG. RITTERI regulae interpretationis iuridicae praeſtantiores ex adaequatis principiis demonſtratae & ad caſus ciuiles adplicatae. Accedit exercitatio academica de indole & requiſitis validae renunciationis. Lipſ. 1740. 4.

IOH. FLOR. RIVINI Progr. de praeiudiciis ex abuſu interpretationis oriundis. Lipſ. 1723.

IOH. PAVL. SCHROETERI Progr. de vera interpretatione legum. Witt. 1713.

CHRIST. THOMASII diſſ. de interpretatione beneficiorum principis ad *l. 3. ff. de Conſt. Princip.* Hal. 1701. recuſa ibid. 1735.

Traduntur etiam in hac diſſ. generales interpretationis iuridicae regulae ſaniores, & contra praeiudicia inueterata quaedam, pugnatur.

ANDR. WEISSII diſſ. de vſu aequitatis in interpretatione legum. Baſil. 1737.

INVIDIA.

GEORG. GOTTFR. RICHTERI diſſ. de inuidia eruditorum. Lipſ. 1703.

Odium certo modo ab inuidia diſcrepat, vti etiam aemulatio, quae vel bona eſt vel mala, & cum inuidentia fere coincidit (§. 5.) Inuidia eſt affectus ex triſtitia & odio mixtus. Naſcitur plerumque e bonorum externorum conſideratione, eſtque vel actiua vel paſſiua, item diabolica ſeu canina vel humana, in quam quemque ſua rapit paſſio praedominans (13.) quae poſtea in actionibus hominum variis ſeſe exhibet. Eruditorum inuidia oritur ex ambitione (§. 15.); inde triſtitia & odium qui duo affectus degenerant in inuidiam, quae aliis inuidet vel officiorum dignitates, vel ſcientiarum vel famae celebritatem. Famam conſequendi via eſt triplex. Ad hanc ſpectat 1) eruditorum amicitia, ad quam ducit aut humanitas aut eruditio aut epiſtolarum commercium, quod etiam cauſa poteſt eſſe inuidiae 2) ſcriptorum euulgatio, qua ipſa non excluditur meritorum praeclaritas, cuius cura heredibus non transmittenda, ſed aliis viris doctis aſſignanda; licet haec ſcripta deinde inuidis plagiariorum oculis excipiantur, qui aut plane ſubtrahunt, aut auctoris, ſuo ſubſtituto, nomine & titulo priuant, aut penitus perdunt & deſtruunt. 3) Inuentorum praeſtantia. Inuidia non immunes ſunt auari eruditi, quorum exempla

exempla (§. 36.) afferuntur. Ad internam inuidiae moralitatem quod pertinet, eius prauitas detegitur, cum inuidus Dei & proximi necnon ſui careat amore (§. 41.) Peccat porro inuidus in vniuerſalia iuris naturae praecepta.

INVIOLABILITAS *vid.* LEGATVS.

Disquiſitio iuris naturalis & gentium de iuſto Gyllenbergii & Goertzii, Sueciae Legatorum, in Britannia & foederato Belgio, arreſto. Latine & germanice. Franc. & Lipſ. 1717. 4.

Auctor eſt ILL. GLAFEY. Vid. EIVSD. Recht der Vernunft. L. 6. c. 8. §. 53. Ipſa Diſquiſitio recenſetur in der neuen Bibliotheck 59. St. Conf. etiam S. VENERAB. GÖTTENIVM in jetzleb. Gel. Europa P. III. p. 68.

Gründlicher Beweiß, daß es nicht wider das Völkerrecht ſey, bey gewiſſen Umſtänden einen fremden Geſandten zu arretiren. Wolfenb. 1717. 4. & Lipſ. 1745.

Beatus TREVERVS eſt huius ſcripti auctor.

Lettre de Mſr. N. N. a une perſonne de diſtinction, qui lui demande ſes ſentiments ſur les inprimez, qui ont paru au ſuiet de l'Arret du Comte de Gyllenberg

& du Baron de Goertz Miniſtres du Roi de Suede, a Ratisbone 1717. 4.

Quaeſtio vetus & noua: an legatum aduerſus principem vel rempublicam, ad quam miſſus eſt, delinquentem, ſaluo iure gentium, capere retinere, ac punire liceat? Arg. 1606. 12. recuſa Colon. ad Spream. 1669. 12.

Schreiben an einen guten Freund, in welchem die Frage erörtert wird: ob es wider das Völkerrecht, daß der Rußiſche General Feldmarſchall Herr Graf von Münnich den Herrn Marquis von Monti arretiren laſſen?

Extat in FABRI Europ. Staats-Canzley P. 65. p. 591-608.

Deduction Ihro Maj. der Kayſerin aller Reuſſen an die Miniſters von Großbritannien und Holland, wegen der von Sr. Großbritanniſchen Maj. und Ihrer Hochmögenden derer Herren General-Staaten der vereinigten Niederlande, auf Veranlaſſung derer franzöſiſchen Miniſtres von dem Marquis von Monti geſchehenen Interceſſion a. 1734.

Extat apud EVND. P. 65. p. 608-616.

Obſer-

Obſeruatio de legatorum inuiolabilitate in genere.

In *Obſeru. Hallenſ.* T. 9. p. 272.

Obſeruatio de legatorum inuiolabilitate in ſpecie.

Ibid. p. 370.

IOH. HENR. BOECLERI ſacra legationis. Argent. 1664. 4.

HENR. COCCEII diſſ. de legato ſancto, non impuni. Francof. 1699. recuſa, ibid. 1717. 4. & in EIVSD. *Exercit. Vol.* 2. n. 22.

DIETR. HERM. KEMMERICH Grundſätze des Völkerrechts von der Unverletzlichkeit der Geſandten. Erlang. 1710. 4.

IOH. FRID. KOEBER Progr. de legato pio ac chriſtiano vere inuiolabili. Gerae 1674. 4.

IOH. IAC. LEHMANN de vero & certo fundamento iurium, ac ſpeciatim ſanctitatis Legatorum. Ien. 1718. 4.

CONR. ANTON. A MARDEFELD Oratio de ſanctimonia legatorum. Gryph. 1670. fol.

FRID. VLR. PESTEL de legato pacis gratia ad Hoſtem miſſo, iure gentium, etiam ſine litteris commeatus, vulgo paſſeport, inuiolabili. Rint. 1736. 4.

FRID. SAVBERLICH. Vtrum legati delinquentes ſint puniendi? Regiom. 1702. 4.

IOH. SCHLEVSSINGII diſſ. de legatorum inuiolabilitate. Lipſ. 1690.

IOH. PETR. SCHMIDII diſſ. de iure atque limitibus inuiolabilitatis legati hoſtilis. Roſt. 1738.

IOH. GEORG SIMONIS diſſ. de violatione legati. Ien. 1680.

IAC. THOMASIVS de legato inuiolabili. Lipſ. 1667. 4.

IO. WILH. VCKERMANNI diſſ. de iure & inviolabilitate legatorum. Erf. 1671.

IOH. IAC. WINZINGER de inuiolabilitatis charactere. Erfurti 1691. 4.

IOCVS.

GOTHFR. CHRIST. HAVSII diſſ. de iocis. Lipſ. 1688. 4.

IRA.

HOPFFER de culpa agentium ex ira. Tubing. 1677. 4.

AVG.

AVG. LEYSERI Progr. de ira non moderanda ſed extirpanda. Helmſt. 1720.

FRID. PHIL. SCHLOSSER de morali aeſtimatione irae. Witt. 1729. 4.

IVDEX IVDICIVM.

IOH. BORNII Progr. an iudex fieri poſſit qui iurium ignarus & plane illiteratus eſt? Lipſ. 1655.

HENR. COECEII diſſ. de iudice ius ignorante. Francof. 1699.

EIVSD. diſſ. de iudice in propria cauſa. Heidelb. 1683.

HERM. CONRING de iudiciis in republica recte inſtituendis. Helmſt. 1666. 4.

IOH. ANDR. FROMMANNI diſſ. de norma officii iudicis. Tubing. 1687.

IOH. EBERH. ROESLERI diſſ. de officio iudicis ex iure naturali. Tubingae 1709.

Rempublicam iudiciis carere non poſſe, ſana ratio & experientia docent. (§. 1.) Summo imperanti quidem ius iudicandi relictum eſt, qui tamen ob onus regnandi admodum graue in cauſis quibusdam merito iudices ſubſtituit, quasdam vero cauſas ſibi reſeruauit decidendas atque diiudicandas (§. 3.). Iudex eſt perſona publica a ſumma poteſtate iuris dicundi gratia conſtituta (§. 4.) Prius requiſitum iudici

dici cum omnibus magiſtratibus commune eſt, ne quis vllum officium in republica affectet, ad quod ſeſe ineptum deprehendit. Alterum (§. 6.) eſt fides & iuſtitia (§. 7.) A iudicibus porro requiritur, 1) vt acceſſum facilem quibusuis praebeant (§. 8.). 2) vt plebem ab oppreſſionibus potentiorum protegant (§. 9.) 3) vt ius aeque pauperi & humili ac potenti & gratioſo dicant (§. 10.) 4) ne litem extra neceſſitatem protrahant (§. 11.) 5) vt a corruptelis abſtineant (§. 12.) 6) vt in cognoſcendis cauſas diligentiam maximam adhibeant (§. 13.) 7) vt omnes affectus ſinceritatem iudicii corrumpentes ſeponant (§. 14.) 8) vt recte faciendo neminem timeant (§. 15.). Poteſtas iudicandi in imperante aduerſus non ſubditos, in iudice vero inferiori aduerſus iurisdictioni ſuae non ſubiectos ſe non extendit. Subiunguntur his quaedam quaeſtiones, velut: an iudex aliquem non accuſatum, condemnare poſſit? an iudici liceat, poenam relaxare a lege praeſcriptam? an iudex ſecundum acta & probata, an vero ſecundum conſcientiam iudicare debeat? Quid iudici faciendum, ſi certiſſime ſciat, reum crimen aliquod commiſiſſe, qui tamen per acta & probata innocens appareat? atque adcurata deciſione ſoluuntur.

CONR. GVIL. STRECKER de iniuſta iudicis ira. Erf. 1733.

TRAVGOTT THOMASII diſſ. de iudicio inter parentes & liberos ſummario ſecundum ius naturae, ciuile & germanicum. Lipſ. 1741.

GEORG

GEORG WERNER de iudice in genere conſiderato. Helmſt. 1656.

SAM. FRID. WILLENBERG de paſſionibus animi in iudice. Gedani 1699.

IVRAMENTVM.

GEORG. HENR. AYRERI Specimen iurisprudentiae conſultatoriae de abuſu iuramentorum e republica proſcribendo. Goettingae 1741. 4.

Egregie, vt ex vero dicit ILL. IENICHEN, ſatisfecit argumento ſuo, & laudem ampliſſimam hoc pio reipublicaeque ſalutari labore conſecutus eſt Illuſtris auctor. Summam eruditi operis inuenies in den Gött. gel. Zeitungen 1741. p. 768.

CHRISTPH. BEYER de origine & natura praeiudiciorum in iureiurando, eiusque relaxatione. Lipſ. 1720. 4.

HENR. BODINVS de licito vſu & grauiſſimo abuſu iuramentorum. Hal. 1694. 4.

CAR. BOSSCHAERT diſſ. an ex iureiurando noua oriatur obligatio. Lugd. Bat. 1742.

GVIL. HENR. BRVCKNERI Progr. chriſtianis non eſſe licitum iurare niſi in caſu neceſſitatis. Ien. 1719.

CARL.

CARL. GOTTLOB A BVRGSDORFF Exercitatio hiſtorico-moralis, de iuramentis in qua poſt generalem illorum conſiderationem, primorum potiſſimum chriſtianorum doctrina diſquiritur, eorumque moralitas examinatur. Hal. 1732. 4.

GEORG. CALIXTVS de voto & iuramentis in genere. Helmſt. 1621.

IOH. CHRISTPH. FALCKNER de iuramentis illicitis. Ien. 1671. 4.

SIM. FRID. FRENZELII Miſcella Problemata de iuramentis. Wit. 1669. 4.

IOH. IAC. FüLDENER Betrachtung des Eydſchwures. Breßl. 1717. 8.

GOTTL. GERHARDVS de ceremoniis gentium circa iuramentum. Lipſ. 1699. 4.

IOH. GVIL. DE GOEBEL diſſ. de origine vſu & abuſu iuramentorum. Helmſt. 1738.

Opuſculum elaboratiſſimum. I.

NIC. GRVPBVIS de moralitate iuramentorum. Gryphw. 1709. 4.

NIC. HIER. GVNDLINGII Obſeruatio von dem Eyd durch Bevollmächtigte, oder von dem Eydſchwur in des andern Seele. In Gundlingianis P. 4. p. 334-358.

IOH.

IOH. MICH. HALLWACHSII Biga quaeſtionum, de iuramento athei & religionis, cum indice. Ien. 1715. 4.

In quaeſtione prima quid doceatur, diximus ſupra p. 36. In quaeſtione ſecunda ex principiis iuris naturae probatur, ciuitatum maieſtates, miniſtros muneribus ſacra docendi publicis admouendos, recte ſub iuramenti religione ad explendas rite officiorum partes adſtringere poſſe.

GEORG ALB. HAMBERGERI diſſ. de iuramento Dauidis. *1. Sam. 25, v. 22.* Ien. 1687.

HENR. CASP. HARDING. de iuramento non ſeruando. Erf. 4.

MARTIN. HASSEN diſſ. an Franciſcus I. Galliarum rex ob iuſiurandum Carolo V. imp. haud ſeruatum periurus cenſeri debeat? Witt. 1726.

Nimirum ex hiſtoria conſtat, Franciſcum Gall. regem Carolo V. imperatori iuraſſe, quod vellet pacis Madriti initae conditiones ſeruare, aut in captiuitatem redire, neutrum tamen ſeruaſſe promiſſum. Quae res occaſionem ſcribendi hanc diſſ. auctori praebuit, in qua, Franciſcum I. a Crimine periurii non eſſe liberum, probare nititur. *Prima* Diſſ. *Sectio* hiſtoriam rei exhibet, ſecunda rationes ſententiae, quam auctor tuetur, tradit, quarum prima petitur *ex natura pactorum* eorumque *requiſitis*,

quiſitis, vbi oſtenditur, haec requiſita in pacto Franciſci cum Carolo inito adfuiſſe. Secunda ratio ſita eſt in *pactorum materia* rebus ſcil. naturaliter & moraliter poſſibilibus, quae nec in hoc pacto defeciſſe dicuntur. Tertia ratio ex natura iuramentorum fluit. Quarta ratio eſt, quod ſi iusiurandum Franciſcus ſeruaſſet ſuum, regni inſigne detrimentum non extiturum fuiſſet. Quinta quod ſecundum principia iuris naturae, princeps aeque teneatur iusiurandum ſeruare ac priuatus. Rationem ſextam, pacti effectus i. e. obligatio conſtituit. habita haec eſt diſſ. die 21. Decembr. quo ipſo poſt meridiem, *Reſpondens* eius, alteram *praeſes* defendit diſſertationem, in qua rationes ſolide confutantur ob quas Franciſcus I. periurii reus non videri fuiſſe forte poſſet.

IOH. FRID. HEVNISCHII diſſ. de iuramento per creaturam. Lipſ. 1684.

Vid. *Noua Liter. Mar. Balth. Tom. I*, p. 419. & de anno 1704. p. 38.

IOH. ADAM HOCHSTETTERVS de iuramentis & quorundam circa ea ſolemnium moralitate. Tub. 1702. 4.

STEPH. HOLZHVSII Manuale iuramentorum. Colon. Agrip. 1707.

BENED. HOPFFERI diſſ. de iureiurando. Tubing. 1677.

Propoſitiones, quae in hac diſſ. defenduntur ſic ſe habent. Iuramentum eſt neceſſarium. Eſt aſſertio religioſa, qua Deus in teſtimonium verita-

veritatis adhibetur, vindicta, ſi fallatur, annexa. Iuramentum per creaturas eſt admittendum. Per vana numina conceptum, ratum eſt. Iusiurandum, prudentem, videntem, & ſcientem adſtringit. Iuramentum verum neceſſario requirit, iudicium veritatem & iuſtitiam. Iuramentum deferens ſpecificat. Iuramentum non omnes excludit limitationes, etiam mentales. Aequiuocationes tamen non admittit. Vi metuque expreſſum obligat. Hoſtibus factum ſeruandum eſt. Iuranti conceditur ſubſtitutio. In iuramento relatio locum habet. Extenditur obligatio iuramenti ad alios praeter iurantem. In iuramentis admittitur diſpenſatio. Iuramentum primum valet.

MATTHIAS HVNOLDT. An iuramenta per falſos Deos, vera ſint iuramenta? Lipſ. 1687. 4.

DAN. FRID. IANVS de iuramento per genium principis. Lipſ. 1708.

H. M. Ibbecken Verſuch eines Erweiſes, daß man um eines Eides willen, auch mit ſeinen Schaden leiſten müſſe, was man ſonſt gleich nicht ſchuldig wäre.

In der Hamburg. vermiſchten Bibliotheck, Erſt. Band. 2. St. Nummer 16.

LVD. MART. KAHLII diſſ. de iuramento principis. Goetting. 1740.

Accurate deſcribitur eruditum hoc opuſculum in Götting. gel. Zeit. 1740. p. 246. ſq.

IOH. FRID. KAYSERI diſſ. de efficacia iuriſiurandi in actibus inualidis & illicitis. Giſſ. 1736.

HENRICH KLAVSING de iuramentis dolo vel errore elicitis. Witt. 1710. 4.

IOACH. HENR. LANGE Quaeſtio: num chriſtianus iuramento iudaei rite ipſi delato, tuto fidere poſſit? Witt. 1702.

ROCHVS FRIDERICVS *Comes* LINARIAE, de iuriſiurandi calumniae moralitate, hiſtoria, principumque imperii ab illo immunitate. Ien. 1729. 4.

IAC. FRID. LVDOVICI diſſ. de genuino intellectu brocardici vulgaris: omne iuramentum ſeruandum eſſe, quod ſalua ſalute aeterna ſeruari poteſt. Hal. 1705.

NIC. CHRPH. LYNCKERI diſſ. de iuriſiurandi inualiditate. Ien. 1688.

GERH. HERM. MENCKENII diſſ. de iuſtitia iuramenti religionis. Lipſ. 1712.

In *Sectione* huius diſſ. *prima* iuſtitia iuramenti religionis argumentis firmatur idoneis, a legitimis cauſis, a reipublicae commodo, ab vſu eccleſiae, a requiſitis iuramenti, a cultu diuino deſumtis. *Sectio ſecunda* ab exceptionibus liberat argumenta (1) de ſymbolis, quod nempe, qua rem, ſint ipſum verbum Dei. (2) locum *2 Corinth. 13, v. 8.* (3) quod iuramentum religionis

ligionis iuſte a magiſtratu exigatur. (4) iuramentum de re bona & licita praeſtari. (5) ad Gloriam Dei & veritatis defenſionem religionis iuramentum facere. (6) Arminianam ſententiam S. Scripturae contrariam eſſe. Sectio tertia reſpondet ad obiectiones opponi ſolitas; nempe 1) hoc relig. iuramentum ex papatus reliquiis non eſſe oſtenditur, 2) neceſſitas eius quoad candidatos miniſterii demonſtratur, 3) neceſſitas eius quoad officiis publicis praeficiendos aſſeritur, 4) per illud non inferri vim conſcientiis probatur. 5) Effectum eius non fruſtraneum eſſe, ſtabilitur, 6) requiſita huic iuramento haud deeſſe euincitur.

EIVSD. diſſ. de iuramento athei. Lipſ. 1713.

gen iſt mehr Vernunft concentrirt, als manche groſſe Werke von dieſer Wiſſenſchaft in ſich faſſen. En ſumma libelli capita: *Diſſertatio I.* exponit hominum inſtinctum naturalem, quo homines feruntur in iucunditatem vitae, in propriam vtilitatem & commoditatem, praeſidii loco muniti duabus voluntatis affectionibus, ſpe & metu, tum ad bonum appetendum, tum ad malum auertendum. Pag. 14. auctor ait: *miranda naturae ſapientia, quae ſexum diuerſum formauit, & viris que amorem erga alterum inſeuit, non fortuitum, vel ratione demum excitandum, ſed ex ſeminis abundantia, quae ex digeſtione ciborum naturaliter gignitur, mechanica neceſſitate ortundum, & adeo vehementer ſollicitantem, vt libido cohiberi etiam extremis legum ciuilium poenis capitalibus nequeat* Pag. 21. pergit ILL. SCHMAVSSIVS: *haec tanta neceſſitate atque vi naturali indita ſunt hominibus, vt, quam diu liberi relinquuntur, ab externa violentia, nec a ratione ſeducuntur, non poſſint non ſecundum inſtinctus agere, & in eo ipſo ponant ſummam vitae ſuae felicitatem* In *diſſ. II.* quae de ratione humana agit, afferuntur imprimis haec: *quod amplior eſt cognitio hominis, quam brutorum, ſoli ſermoni tribuendum eſt.* Pag. 29. *rationem humanam minime eſſe aptam ad normam aliquam vniuerſalem, ad cognoſcendas autem veritates certas iucapacem, ſi paucas excerperis, ſenſu externo imprimis perficiendas, vel ex ſenſatione proxime reſultantes* Pag. 32. *rationem hominis ſuam per naturam eſſe ineptam ad vniuerſalia & certa principia veritatis mo-*

ralis ſtabilienda. p. 57. *Diſſertatio III.* verſatur circa originem & naturam obligationis moralis & legalis complectens paradoxa extantiora: Metu ſolo reguntur voluntatis humanae motus; itaque metus mali vinculum illud morale eſt, & verum atque vnicum omnis obligationis in animo hominis principium: Generaliter animaduertendum, nullas animo actiones vnquam ab hominibus ſuſcipi, quae non ortum ex vtilitatis propriae ſtudio trahunt, ſiue ſpe illae, ſiue metu, ſiue amore, ſiue odio excitentur & regantur p. 47. non opus vllis legibus diuinis videtur ad homines in ſtatu naturali regendos; & leges diuinae naturales finguntur, ex auctoris ſententia. *Diſſ. IV.* quae de ſtatu naturali agit. *Diſſertatione V.* de vero iure hominum naturali eiusque origine diſſeritur, quod definitur: *ius hominis connatum, viuendi ſecundum inſtinctus ſuos naturales*, ſiue, vt antiqui loquuntur, *viuendi ſecundum naturam. Diſſertationem VI.* conſtituit materia de pactis, quorum obligationis nullam aliam eſſe rationem putat auctor, quam quae ſit poſita in vtilitate, pactaque eſſe ſeruanda non propter ſe, quaſi iis inſit efficacia ad obligandum ſed propter praeceptum de non ledendo altero. Refutare hoc ſtuduerunt ſyſtema ILL. DARIES in Praefatione nouae editionis Iurispr. vniuerſ. 1748. & ANONYMVS in gründlichen *Examine* über ein in Göttingen herausgekommenes *nouum ſyſtema iuris naturae*, Frankfurt an der Oder und Leipzig 1748. 8. de quo ſcripto iudicatur in neuen Hamb. gel. Zeit. 1749. p. 16. es wäre zu wünſchen, daß dieſe Widerlegung nicht ſo heftig wäre.

EIVSD.

EIVSD. Vorſtellung des wahren Begrifs von einem Recht der Natur, bey Erofnung eines Collegii publici über ſeine poſitiones iur. nat. zum Behuef ſeiner Zuhörer herausgegeben. Gött. 1748. 8.

Deſcribitur atque laudatur hoc eruditum opuſculum in Götting. gel. Zeitungen 1748. p. 513. ſq.

IOH. FRIDEM. SCHNEIDER de finibus inrisprudentiae naturalis regundis. Hal. 1700. 4.

IOH. FRIDER. SCHNEIDERI ius naturae & gentium. Lipſ. 1729.

Vid. IENICH. in *Bibl. Lipen. iurid.* h. v.

MARTIN. SCHOOCKII liber de iure naturae. Groeningae 1659. 4.

ANDR. SCHOTTI axiomata, quibus ratio principium iuris naturae vnum adaequatum, euidens & indemonſtrabile ſiſtitur. Lipſ. 1731. 4.

CHRPH. SCHRADERI diſſ. de iure naturae. Lipſ. 1673.

PHIL. RICH. SCHROEDER de definitionibus & diuiſionibus iuris naturae & gentium. Reg. 1722.

IOH. CHRIST. SCHROETERI Progr. de iuris naturalis & ciuilis concordia. Ienae 1715.

Vid. IEN'CH. l. c.

BARTHOLD. SCHVLTENS diſſ. de conuenentia legis romanae cum lege naturali. Groening. 1747.

Conf Beyträge zu den Erlang. gel. Anmerkung. 1748. p. 101.

BERNH. SCHVLZE diſp. de iure naturali e praelectionibus eius priuatis Grotianis collecta. Rint. 1668.

EIVSD. diſp. de iure naturali. ibid. 1670.

CONR. SAM. SCHVRZFLEISCHII ius belli circa fana & ſepulcra. Witt. 1683.

CHRIST. GOTTL. SCHWARZ de ordine tradendae iurisprudentiae naturalis, praefationis loco quaedam praemiſit *Grotio Schefferi enucleato*, ſua cura, Altd. 1718. 8. denuo typis exſcripto.

EIVSDEM Specimina controuerſiarum iuris naturae & gentium ex hiſtoria graeca illuſtratarum.

Specimen I. Altd. 1711. 4. *continens controuerſiam de iure belli in res ſacras ex hiſto-*

 ria

ria graeca illuſtratam. Specimen II. ibid. 1711. 4. *ex eadem hiſtoria illuſtrat quaeſtionem de vſu veneni in bello.* Specimen III. ibid. 1712. 4. *de dominio maris agit eadem ratione.* Specimen IV. ibid. 1718. 4. *controuerſiae de modo adquirendi dominii per occupationem* ex hiſtoria graeca lucem affundit.

EIVSDEM Diſquiſitiones ſeptem problematum iuris naturae & gentium.

Hae Diſquiſitiones prodibant ſeparatim: *prima* Altd. 1722. *ſecunda* 1722. *tertia* 1724. *quarta* 1726. *quinta* 1726. *ſexta* 1727. *ſeptima* 1728. 4. Deinde *Sylloge problematum iuris naturae & gentium.* Altd. 1738. 4. lucem aſpexit.

IGNAT. SCHWARZ inſtitutiones iuris publici vniuerſalis, naturae & gentium. Auguſtae 1743 f. & 4.

IOH. EBERH. SCHWELING de natura iuris naturae. Brem. 1713.

IOH. DAV. SCHWERTNER de iuris naturalis immutabilitate. Lipſ. 1680.

IENICHEN in *Bibl. Lip.* h. v.

Veit Ludw. von Seckendorff Entwurf von dem allgemeinen natürlichen Rechte.

Reperitur in EIVSD. teutſchen Reden. n. 50. p. 435.

GOTTL. FRID. SEELIGMANN moralia in compendio ſiue virtuoſae actiones noſtrae ex amore deductae. Roſt. 1681.

ANT. LVDOV. SEIPII. Hiſtoria iuris naturae in epochas & theſes breues ad formam hiſtoriae iuris B. Koppũ redacta Goettingae 1749. 4.

Praelectionibus ſuis in Koppii hiſtoriam iuris inſtituendis programmatis loco hanc I. N. hiſtoriam praemiſit, & hoc ipſo quod Koppiano compendio deeſt, in auditorum vſum ſuppleuit Conſultiſſimus Seipius.

IOAN. SELDENVS de iure naturae & gentium iuxta diſciplinam hebraeorum. Lond. 1640. f. Oxonii 1665. 4. Argent. 1665. 4. Lipſ. & Franсf. 1695. Witt. 1712. 4. & in opp. Eius a Wilkinſio cum vita Seldeni editis. Lond. 1726. f. III. Vol.

Vide *Act. Erud. Lipſ.* 1726. *menſ. Nov.* n. I. Neue Zeit. von gel. Sachen 1726. p. 989. ſq & 1727. p. 116. 213. ſq. 317. & 850. *Biblioth. angloiſe* T. 14. p. 107. ſq. & *Bibl. Stoll.* p. 381. Cui moleſta eſt ipſius operis Seldeniani perlectio, is legat compendium eius, a Buddeo ſub titulo: *Synopſis iuris naturae & gentium iuxta diſciplinam hebraeorum* procuratum. Sicuti Hug. Grotii aemulus fuit ſemper Seldenus, ita, ne ille ſolus opere ſuo de I. B. & P. inclareſcat; ſuaque apud Anglos auctoritas & fama eo obſcuretur, ſimiae inſtar

inſtar & inuidiae plenus hoc opus elucubraſſe dicitur. Conſule hic REIMMANN. *Hiſt. Litt.* Vol. VI. p. 24. GLAFEY *Hiſt. I. N. & G.* p. 130. De ipſo Seldeni libro iudicia extant *Pufendorfii* in Praefatione ad Lib. de I. N. & G. & in Eride Scand. p. 200. §. 1. *Glafey* l. c. §. 58. p. 136. ſq. *Ludouici* in Delin. Hiſt. I. N. &c. *Stollii* in Hiſt. Litt. p. m. 661. ſq. *Chr. Thomaſii* in paulo plen. hiſt. I. N. c. 6. §. 13. p. 88. vbi: *ſolent vulgo etiam ſcriptoribus iuris naturalis accenſere Seldenum. Sed tantum abeſt, vt iſte liber huc pertineat, vt vel titulus oſtendat eſſe ſaltem hiſtoriam ſententiarum rabbinicarum de iure naturae, & tractatus ipſe oſtendat, ne hoc quidem in eo contineri, ſed ſaltem explicationem legum ſeptem, quas Rabbini dicunt Noacho a Deo publicatas eſſe, vt adeo Seldenus magis ad hiſtoriam iuris diuini poſitiui vniuerſalis pertineat.*

GOTTFR. SELLII Progr. ius naturae, reliquorum, quae colimus, iurium perpetuum comitem eſſe. Goetting. 1735.

IOH. SENSTII Schediaſma iuris naturae, ſuccincte & methodice tractati, in quo variae ac noxiae quorundam hypotheſes practicis e naturae principiis Sacrae Scripturae lumine illuſtratis & confirmatis expenduntur & diluuntur. Lipſ. & Roſt. 1705. 8.

Actionum moralium rationes in conformitate actionum cum diuina iuſtitia, ſanctitate & ſapientia collocat. Decalogum tamen cum iure naturae quodammodo componit, maioremque

 in

in ſcrutando matrimonio operam impendit. Principium cognoſcendi, vt loquitur, incomplexum agnoſcit, rectam rationem. Sique ius naturae ſpectetur obiectiue, tunc rationem illud dictare: ſuum cuique; ſin formaliter, tunc valere illud: imperanti ac ſuperiori eſt parendum. Compara *Vinbold.* l.c. p. 74. & *Nou. Litt. mar. Balth.* 1705. in Oct. p. 298. ſq.

IOH. SERLACHIVS de origine iuris naturalis. Vpſ. 1728.

FERD. SEB. L. B. DE SICKINGEN HOHENBVRG Ius naturae & gentium in duos diuiſum Tractatus, quorum primus continet ius publicum vniuerſale, alter Hugonis Grotii ius belli & pacis explicat. Mogunt. 1736. 4.

IENICH. *Bibl. Lipen. h. v.*

CASP. ESAIAS SIEGFRIED de iure naturae. Lipſ. 1661. 4.

IOH. GOTTFR. SITTEN Prodromus einiger Obſeruationum iuris naturae, oder fünf in das ius nat. gehörige Praeiudicial-Fragen. Leipz. 1721.

Refert auctor ad iuris naturae diſciplinam officia erga Deum Hugoniſque Grotii principium, quod in ſocietatis cura quaeritur, explodit.

LVCAE A SPRECKELSEN diſſ. de iuris naturalis & ciuilis differentiis. Lugd. Bat. 1718.

IOH. SIG. STAPFII ius naturae & gentium. Mogunt. 1735. 4.

ADR. STEGERI diſſ. de iure naturae Iuris publici I. R. G. principio. Lipſ. 1747.

Laudatur in Gött. gel. Zeit. 1747. p. 229. ſq.

MATTH. STEPHANI Methodica tractatio de arte iuris. Gryph. 1615. 8.

Ius naturae & gentium diſtinguit; illud quidem a natura, hoc vero a naturali ratione oriri tradens. Alia eodem pertinentia, amabili breuitate expedita ſunt. VINHOLD. l. c. p. 77.

MATTHAEVS STIER de vſu iuris naturae. Helmſt. 1683. 12.

IOH. STRAVCHII diſſ. de iuris naturalis & ciuilis conuenientia. Ien. 1674. 1.

FRIED. HENR. STRVBE *de Piermont* Recherche nouvelle de l'origine & des fondemens du Droit de la nature. Petrob. 1740. 8.

Laudatur atque recenſetur prolixe opuſculum hoc in *Actis Erud. Lipſ.* 1741. p. 209. Nos ne lector hiſtoriam atque finem libelli ignoret, haec addemus. Clariſſimus auctor iam 1732. haud vulgarem eruditi orbis tulit plauſum, cum Hildeshemii formis publicis deſcribendum ſuis curauit ſumtibus libellum octo plagularum, cui inſcriptionem praefixerat: *Recherche de l'ori-*

gine

gine & des fondemens du Droit de la nature, traduite d'un Manuſcrit angleis, a Amſt, 1732. 8. Quo quidem tempore auctor a ſecretis erat Illuſtriſſimi Adminiſtri ſtatus primarii Wolfferbuttelani, HIERONIMI DE MVNCHHAVSEN. Ex praefatione noua omnino intelligitur dilucide ſatis, libellum iſtum haud eſſe translationem. Auctor ſincere fatetur, lineas primas ſyſtematis ſui in eo extare, quas, quia Chriſt. Thomaſius ipſi haud fecerit ſatis, ab integro ducere exiſtimauerit conſultum. In praeſentis libelli praefatione repetit fundamenta, quibus ſuperſtruxerat, ius naturae, ratus iterum, cupiditates vniuerſas, hominique innatas, quatenus ſint conformes naturae, continere leges naturae, quibus interpretandis ratio inſeruiat ſana; & ſic porro. Mantiſſae loco ſubiuncta eſt *diſſ. de iure bellorum, quae gerere decet*, iam Hagae Com. 1734. emiſſa, quae ſua ſe commendat elegantia & argumenti nouitate. Compara *Acta Erud. Lipſ.* anno cit. p. 210. & 216.

GOTTL. STVRMII Iuſtinianus in definiendo iure naturali & diſtinguendis iuribus ſummus artifex. Witt. 1733.

GARLEF. SYLM Theſes inaugurales ſelectae ex iure naturae, publico ciuili. Franeq. 1708.

ERNST. TENZEL. Progr. de iuris naturae immutabilitate. Erf. 1719.

EIVSD.

EIVSD. Progr. de iuris gentium vera indole. ibid. eod.

IENICH. *Bibl. Lipſ.* h. v.

IOH. TESMARI vindiciae iuris naturae. Marb. 1688. IDEM.

IOH. WOLFG. TEXTORIS Synopſis Iuris Gentium. Baſil. 1640. & 1680. 4.

Conf. *Bibl. Iur. Imp. Cap.* I. *Poſ.* 8. §. 1. p. 85. & IENICH. l. c.

CHRIST. THOMASII inſtitutionum iurisprudentiae diuinae libri tres, in quibus fundamenta iuris naturalis ſecundum hypotheſes illuſtris Pufendorfii perſpicue demonſtrantur, & ab obiectionibus diſſentientium, potiſſimum D. Valent. Alberti, Profeſſoris Lipſienſis liberantur; fundamenta itidem iuris diuini poſitiui vniuerſalis, primum a iure naturali diſtincte ſecernuntur, & explicantur. Editio ſexta. Hal. 1717. 4.

Editiones priores ſunt. Lipſ. 1688. 4. & 8. Hal. 1694. 4. 1702. 1710. 8. Prodiit quoque verſio germanica IOH. GOTTFR. ZEIDLERI ſub rubro: Grundlehre des Natur- und Völkerrechts. Halle 1709. 4. in qua EPHR. GERHARDVS von den Hinderniſſen der natürlichen Rechts-gelartheit praefatus eſt. CHRIST. THOMASIVS, *Lutherus philoſophicus*, vid.

vid. *Acta Philoſophorum* V. I. P. IV. p. 609. ſq. edere Lipſiae incoepit inſtitutiones haſce. Libri earum primi cenſor erat *Bornius* Conſiliarius Elect. Sax. intimus; qui cum ſe difficilem nimisque cautum praeberet, ſimul aſſerens, ius naturae non tam ad Ictos, quam potius ad Philoſophos & Theologos pertinere; coactus Thomaſius, poſteriores libros Halae imprimi curauit. In hac *editione ſexta* praeter ſcholia perpetua acceſſerunt (1) *Programma* germanicum. Hal. 1691. vulgatum, hypotheſes Alberti expendens. (2) *Quaeſtio* de definitione fauorabilium & odioſorum, cum Placcio ventilata. (3) *Programma*, definitionem ſubſtantiae, hactenus quaeſitam, ſiſtens. (4) *Theſes* excerptae ex ipſis inſtitutionibus his, & ad diſputandum publice propoſitae. (5) Duplex *index*. In *Diſſertatione proemiali* praeter multa vitae Thomaſianae momenta, praecipuas a Valent. Alberti aliosque ſibi illatas iniurias auctor recenſet. *Illuſtrant* vitam Thomaſii, *apologia* dem Recht Evangel. Fürſten in theol. Streitigkeiten adiuncta, & Gedanken über ab lerhand Rechtshändel, *deſcribunt* eandem, LEPORINVS, Medicus quondam Quedlinburgicus: *Parentalia Thomaſiana*, *Acta Eruditorum Lipſienſia* menſ. Oct. 1729. art. XIV. & Beatus *Stollius*. Hiſt. Litt. p. m. 709. & in Supplem. p. 234. ſq.

EIVSD. Fundamenta iuris naturae & gentium ex ſenſu communi deducta, in quibus vbique ſecernuntur principia honeſti, iuſti & decori, cum adiuncta emendatione ad iſta fundamenta, inſtitutionum iuris-

iuriſprudentiae diuinae. Hal. 1718. 4. & antea. ibid. 1705. 1708. 4.

Huius libri, itidem a *Ioh. Gottfr. Zeidlero* germanice redditi recenſum apud Stollium *in Bibl. Stoll.* & in *Actis Erud. Lipſ.* 1706. p. 236. ſq. & in ipſius Thomaſii kurzen Bericht von den künftigen Thomaſiſchen Collegiis und Schriften 1705. 8. p. 9. ſq. habemus adcuratum. Hic meminiſſe iuuabit (a) in his fundamentis deſtrui, quod extructum fuerat in inſtitutionibus, ius diuinum poſitiuum vniuerſale, (b) ortas hinc eſſe ſectas, alteram *Thomaſianorum primorum*, qui ſcilicet *inſtitutiones* ſequuntur alteram *ſecundorum*, quibus fundamenta probantur.

GOTTL. GERH. TITII Einleitung zum Natur-und Völkerrecht, eiusdemque Unſchuld und Nothwendigkeit des Rechts der Natur vide ſupra p. 330.

FAB. TOERNER de vario variorum iuris naturalis fundamento. Vpſ. 1727.

ARNOLDI ANTONII TVLLECKEN diſſ. de iuris naturalis fonte. Amſt. 1690. 8.

DE VATTEL: Le loiſir philoſophique, ou Pieçes diverſes de philoſophie, de morale & d'amuſement, Genev. 1747. in 8.

Huius libri numerum primum *tractatio de principio primo iuris naturalis & origine obligationis vniuerſalis ad obſeruandas leges naturales*; numerum ſecundum diſcuſſio *quaeſtionis*,

nis, vtrum ſolum ius naturae ſine legibus ciuilibus, ſocietatis hominum perfectioni ſufficiat? faciunt.

VAL. VELTHEMII vera & genuina fundamenta iuris naturae. Ien. 1675. 4.

HENR. VFFELMANN de iure naturae gentium & ciuili. Helmſt. 1674. 4.

EIVSD. Variorum illuſtrium conſcientiae caſuum faſciculus, ibidemque introductio in ius naturae. Lipſ. & Goslar. 1709. 4.

Praeſtabilem hunc laborem ab interitu vindicarunt duumuiri, CASP. HENR. SELLIVS, *qui e tenebris in lucem protraxit,* & HENNIG. GVIL. HAGIVS, *qui mendis repugnauit.* VINHOLD. l. c. p. 84.

GEORG. ANDR. VINHOLDI Nucleus iuris naturae in quo huius iuris praecipua ex dignitate hominis naturali noua & hactenus nunquam viſa hypotheſi per nexum demonſtratiuum deducuntur. Lipſ. 1725. 8.

Ordinem & internam conſtitutionem huius noui ſyſtematis iuris naturae, dignitate humana naturali tanquam primo principio ſuperſtructi adcurate depictam videre licet in *Act. Erud. Lipſ.* 1725. pag. 425. ſq. Quamuis, vti facile ad credendum, haud multos conſecutus ſit ſibi adſtipulantes, id tamen negari

gari nequit, in hoc compendio multo plures deprehendi concluſiones, quam in plerisque iuris naturae compendiis haberi ſolent, id, quod in ipſis quoque *Act. Erud. Lipſ.* l. c. p. 428. agnoſcitur.

ARN. VINNII diſſertationes de iure naturae & gentium. Roterod. 1676. 4.

VITRIARII inſtitutiones I. N. & G. vide ſupra. p. 221. ſq.

HERM. VLNERI Regulae iuris antiqui h. e. generalia artis boni & aequi praecepta, in quibus totius iuris ratio conſiſtit, in ordinem literarum redacta. Francf. 1565. 8.

Non dedita quidem opera ius naturae profitetur, nihilo ſecius notitias tradit boni & aequi, eoque vera illa & indubitata principia, quibus totius iuris ratio conficitur, & quae vniuerſam legem cognitionem, conſiliaque intima eorum compendioſa iuris definitione ob oculos ponunt, iuxtimque honeſtatem ſtatuendae aequitatis formulam exhibent. VINHOLD. l. c. pag. 85.

Gottfr. Vogels allgemeines Völkerrecht. Frankf. 1668. 12.

IOH. GOTTFR. VOGELII Breuiarium iurisprudentiae naturalis aphorismis ſuccinctis comprehenſum. Dresd. 1713. 4.

IOH. GEORG. WACHTERI origines iuris naturae ſiue de iure naturae huma-

 nae

nae demonſtrationes mathematicae. Berol. 1704. 4.

Propter obſcurum dicendi genus perpaucis placent. ILL. GLAFEY *Hiſt. Iur. Nat.* Cap. 3. §. 181. p. m. 234.

IOH. GEORG. WAGNERI Iuris naturae & gentium liber elementarius. Hal. 1719. & 1721. 8.

MATTH. IAC. WAHLII Acroamaticus iurisprudentiae vniuerſalis typus. Quedlinb. 1700. 8.

IOH. WIEH. WALDSCHMIDT delineatio principiorum iuris naturae in vſum auditorum ſuorum priuatum, poſitionibus ſuccinctis comprehenſa. Marb. (ſine mentione anni) 4.

IVST. MAVR. WALLENDORPH. de immutabilitate iurs naturae. Vltrai. 1690.

Vid. Ienichen h. v.

Volumen iuris gentium, hiſtoriam & origenes S. R. I. Comitum a Wartenberg; Diſſertationem politicam de charactere praeſtantiſſimi purpurati, exemplo Wartenbergici Comitis declarati, ac *Specimen Inſtitutionum iuris naturae & gentium Wartenbergicarum*, complectens. Amſt. 1710. 8.

Io. Caſimirus de Wartenberg, pater, conſcripſerat Commentarium, de officiis aulicae & ciuilis vitae in gratiam filiorum. Hic mortuo auctore, primum Biponte auſpiciis Caroli Ludouici, Electoris Palatini, publici iuris factus eſt, deinde auctior emendatiorque Berolini ſemel iterumque prodiit. Praeceptiones autem & doctrinas tradit, quibus praeſentis & futuri aeui felicitas perfici & obtineri poſſit, ad cuius lectionem vt nobiles excitentur, de argumento libri, auctore huiusque vita bene ſapienterque acta, fine & ſcopo, ac ſtili denique indole breuiter ſtrictimque diſſeritur, integrumque Commentarium XLII. momenta ſiue capita continentem, atque Inſtitutionum Iuris Naturae & Gentium nomine inſignitum latineque redditum, in lucem propediem emiſſum iri monetur. Interea *Specimen* eius, *explicato Capite I.* proponitur, reliquorumque inſcriptiones breuiſſimis ad extremum ſubnectuntur. Act. Erud. Lipſ. Tom. IV. Sect. X. p. 432. ſqq.

IMM. WEBER, de habitu iuris naturae ad diſciplinam chriſtianorum. Giſſ. 1699.

IDEM de oſculis, quibus naturae ac ciuitatum iura motuo ſe amplectuntur. Giſſ. 1703.

HENR. WEGHORSTII Labyrinthus moralis iur. naturae peruius. Pars 1. & 2. Haun. 1713. 4.

Tertiam partem reliquit meditatam auctor. Conf. de Weghorſtio MOLLERVM in *Cimbr. Litt.* Tom. I. p. 715.

IOACH. WEICKMANNI diſſ. de formali obiecto iuris naturae. Witt. 1686.

IOH. FRID. WEIDLERI inſtitutiones iuris naturae & gentium, methodo geometrica digeſtae, collatoque ſparſim iure poſitiuo illuſtratae. Witt. 1731. 8.

In conſcribendo hoc compendio id imprimis egit auctor, vt ſcribat eleganter & perſpicue, vt materiae methodo certa cohaereant per definitiones, axiomata, conſectaria, theoremata & ſcholia, ipſeque libellus lectionibus academicis, ſit aptiſſimus. Sequitur in eo Buddeum, quod tria poſuit iuris naturae principia pro diuerſitate officiorum. Erga Deum officiorum principium eſt: *Deum religioſiſſima animi veneratione & obſequio cole & perſequere.* Officia erga ſe cognoſcuntur ex hoc principio: *quisque virium tam animi, quam corporis a Deo in ſe collatarum conſeruationi & perfectioni ſtrenuam operam dare debet.* Puincipium cognoſcendi officia erga alios ita ſe habet: *quisque ita ſe gerat aduerſus alios, vt eorum ſui ſimilis humanitas iubet, idroque aliorum conſeruationem & perfectionem, quantum in ſe eſt, adiuuet & promoueat.* Praefatio, quam auctor praefixit, *de methodi geometricae vtilitate in doctrina morali,* agit.

IOH. IOACH. WEIDNER ius naturae omnibus congenitum & inſitum. diſſ. IV. Roſt. 1711.

CHRIST. WEISII compendium iuris naturae, vnde peti ſolent argumenta ab honeſto.

In *Inſtit. orat.* Lipſ. 1709. 8. Felicitatem ab homine, natura duce, cum intellexiſſet auctor, collegiſſetque neminem felicem eſſe poſſe, niſi qui amet; idcirco amorem in Deum, in nosmetipſos, in proximum, in rempublicam, pro compendio iuris naturae ſeorſum ſibi conſiderandum exiſtimauit, fretus potiſſimum ſaluatoris auctoritate: Diliges Deum & proximum, ſicut teipſum. VINHOLD. l. c. p. 88.

IOH. WERLHOFFII diſſ. de poteſtate legislatoris ciuilis circa ea, quae ſunt iuris naturae. Helmſt.

Vide MOLLERI *Cimbr. Litter.* Tom. I. p. 720.

HENR. LVDW. WERNHERI diſſ. de euidentia & certitudine demonſtrationum moralium. In EIVSD. *Diſſert.* iunctim editis. Witt. 1721. 8.

Probatur, in iure naturae demonſtrationibus euidentiſſimis locum eſſe, & contra aduerſarios ſolide diſputatur, praeſertim contra probabilismi moralis peſtem, & cauſae indicantur, cur non prius diſciplinae moralis demonſtrari coeperint, multique putauerint veterum, eaſdem niti demonſtrationibus non poſſe.

IOH. BALTH. WERNHERI Analecta iuris naturae & gentium. Witt. 1720. & 1721. 8.

Vide ſupra, pag. 223. ſq.

EIVSD. Elementa iuris naturae & gentium, ex vniuerſali principio deducta, nec non ad vſum in iure ciuili paſſim accommodata. Witt. 1704. 8.

Auctor libellum hunc aureum & non ex numero plagularum aeſtimandum, iuxta ductum ſcriptorum Puſendorfianorum, praecipue libri de offic. Hom. & C. confecit, ſed ſingula, quae docet, duabus propoſitionibus fundamentalibus ſuperſtruxit, quarum altera: *quicquid ita comparatum eſt, vt ſi ab omnibus hominibus omitteretur, generi humano pereundem eſſet, illud per legem naturae a Deo praeceptum.* Altera: *quicquid ita comparatum, vt ſi ab omnibus fieret, generi humano pereundum eſſet, illud naturaliter a Deo prohibitum eſt.* Summa huius opuſculi capita enumerantur in *Act. Erud. Lipſ.* 1704. p. 170. ſqq.

EIVSD. diſſertationes iuris naturalis. Witt. 1721. 8.

EIVSD. diſſ. de praecipuis iuris naturalis ſcriptoribus. Lipſ. 1699. 4. & inter *Diſſert. Iur. Nat.* Diſſ. XII. Witt. 1721. 8.

Breue hoc ſcriptum continet recenſionem Hug. Grotii, Ioannis Seldeni, Thomae Hobbeſii, & Sam. Puſendorfii, deque his quatuor viris iudicium.

EIVSD. Progr. de ortu atque progreſſu diſciplinae iuris naturalis.

Breuiter

Breuiter in hoc opuſculo conditio iuris naturalis ab antiquiſſimis inde temporibus ad noſtra vsque exhibetur. Et quidem, olim gentes ſparſim, ſine tamen ordine, praecepta naturalia, ſtilo plerumque poëtico tradidere, vti Strabo aliique, praeſertim graeci. Inſequentibus temporibus doctrina moralis ſine numero ab Hecateo Cadmo atque Pherecyde tractari coepit; Laudandi vero in hoc ſtudio prae ceteris ſunt Socrates, Ariſtoteles & Cicero. Hi tamen omnes nunquam de iure naturae in diſciplinam redigendo cogitarunt; potius non poſſe ſyſtematico ordine tradi moralia maiores crediderunt; donec Hugo Grotius ſurrexit, qui tamen de primo aliquo iuris naturae principio ſollicitus haud fuit. Hunc inſecuti ſunt alii, velut, Hobbes, Pufendorfius, Thomaſius, alii, quod Grotius omiſerat, ſupplentes. Hinc fit, vt quidam ſibi perſuadeant, horum laboribus adquieſcendum eſſe, ſed falſo: in eo enim praeſertim laborandum eſt, vt quae permiſſa & moraliter indifferentia ſunt, a iure naturali recte ſeparentur, vſusque iuris nat. in ciuilibus demonſtretur.

EIVSD. Progr. de vtilitate iuris naturae in foro. Inter *Diſſertationes Iur. Nat.* pag. 474. ſq.

Omnium legum ciuilium, leges naturales fundamentum eſſe, aſſeritur.

EIVSD. Progr. de Cautionibus nonnullis in ſtudio iuris nat. vtiliter obſeruandis in *Diſſ. Iur. Nat.* p. 494.

ANDR. WESTPHALII diſſ. de adiumentis & cautelis iurisprudentiae naturalis rite excolendae. Gryph. 1716.

IDEM. de impedito iuris naturalis progreſſu. ibid. 1728. 4.

CHRIST. WILDVOGEL de vſu iuris naturae in actionibus principum conſpicuo. Ien. 1714. 4.

SAM. FRID. WILLENBERGII Sicilimenta iuris gentium prudentiae, ex libris Hug. Grotii de I. B. & P. aliorumque ſcriptis collecta, & in quaeſtiones redacta, poſt editionem Gedanenſem. Lipſ. 1711. 8.

Prima editio eſt, Gedan. 1709. 8. Primum principium ponit auctor in voluntate Dei, iusque gentium non dari a iure naturae diuerſum aſſerit. Praeter Grotii, Pufendorfii & Thomaſii principia ſequitur hypotheſes Buddei, Becmanni, Hertii, Huberi, Seldeni, aliorum. In quauis materia, de qua Doctores diſſentiunt, allegauit potiſſimos ſcriptores, qui ex inſtituto controuerſiam tractant. Plura de hoc libro narrantur in neuen Bücherſaal der gel. Welt. Oefn. I. p. 49. ſqq.

IOH. WILH. WISLINGII Ontologia iuris methodo ſcientifica pertractata, qua iurisprudentiae naturalis ac poſitiuae principia continentur & ad ſolidam vniuerſae philoſophiae belli ac pacis ſiue Polemodicaeae

caeae

caeae tractationem via ſternitur. Marb. 1741. 4. *recuſa.* Caſſel. 1748. 4.

Euolue de hoc ſcripto Götting. gel. Zeit. 1742. p. 35. ſq. & Leipz. gel. Zeit. 1749. p. 6. ſq.

Theſes Iuris naturae & gentium controuerſi ab illuſtriſſimis S. R. I. Comitibus, Dominis *Auguſto* & *Alexandro de Sulkow, Sulkowski* publice propoſitae menſe Decembr. 1747. moderante ABRAH. GOTTLOB WINCKLERO. I. V. D. Liſſae 1747. 4.

Concinne & docte elaborata exercitatio, S. die Leipz. gel. Zeit. 1748. n. 19. p. 165. ſq.

BENEDICTI WINCKLERI *Soltquellenſis* Principiorum iuris libri quinque, in quibus genuina iuris, tam naturalis, quam poſitiui principia, & firmiſſima iurisprudentiae fundamenta oſtenduntur eiusdem ſummus finis ob oculos ponitur, & diuina auctoritas probatur. Lipſ. 1615. 8.

Libellus hic rarus eſt. Plurimi enim eius mentionem facientes, ſe non vidiſſe eum fatentur. Cauſa huius rei, ſine dubio, vt Summe Vener. *Heumannus*, cuius beneuolentia copia huius libri facta mihi eſt, opinatur, ſita eſt in bello tricennali, in quod liber incidit. Iſta etiam tempeſtate ſtudioſi iuris, poſthabitis ſolidis iuris fundamentis ſtatim properare ſolebant ad ea, quae opimos ſpondent reditus, ditiores eſſe malentes quam doctiores, id, quod ipſe Wincklerus agnouit L. I. C. 1. p. 6. Contenta huius

ſcripti accurate memorat BEYER in *Not. Auct. Iurid.* qui p. 60. *multa*, ait, *in hoc libello deprehendi, quae alii iurisprudentiae naturalis auctores intacta reliquerunt, & pietatem Winckleri & in ratiocinando prudentiam efficere, vt hoc ſcriptum optimis accenſeri mereatur*; atque p. 65. *& tamen*, pergit, *negligimus & ignoramus Winckleruni?* Idem fere ſentiunt LVDOVICI in *Hiſt. I. N.* §. 24. p. m. 40. & THOMASIVS. *Hiſt. paulo plen. Iur. N.* C. VI. §. 1. qui tamen p. 68. monet, generalia Wincklerum tradere, ſpecialia non tangere, multa e philoſophia ſcholaſtica retinere, opus ſuum reddere obſcurum eo, quod fundamenti loco ſupponat Platonicam diuiſionem legum, in legem diuinam, coeleſtem, naturalem, & humanam; negligere, porro, cum neceſſariam inter ius pro lege & attributo perſonae acceptum, diſtinctionem, & denique non, vt hodie in tanta veritatis luce fieri ſoleat, caput de polygamia tractare. Vitam Winckleri inſeri curaui Parti II. der Ausbeſſer. und Zuſ. zu S. T. Hrn. Hofr. Glaſ. *Bibl. I. N. & G.* p. 49. Manuſcripta hodie habentur Lubecae Winckleri duo, nempe: Bericht, was es bey der Stadt Lübeck mit der unbeweglichen Gründe, Eigenthums, Verlaß- und Zuſchreibung oder Verpfändung für eine Gelegenheit habe, wie weit ſich eines ieden daran habendes Recht erſtrecke, auch wie es zu finden und zu unterſcheiden. ſub dato Lübeck 1638. & Nachricht, was es mit denen in der Lübeckiſchen Landwehr belegenen Ländereyen für eine Bewandnüß habe.

CARL. GOTTFR. WINCKLER de poteſtate legum ciuilium in ius naturae. Lipſ. 1713.

EMAN. WOLLEB Generalia iuris naturae & ſingularia quaedam de legitimatione, de tutelis, de acquiſitione dominii. Baſ. 1731.

Vid. IENICHEN h. v.

CHRIST. WOLFII Ius naturae methodo ſcientifica pertractatum. PRIMA PARS, in qua obligationes & iura connata, ex ipſa hominis eſſentia atque natura a priori demonſtrantur, & totius philoſophiae moralis, omnisque iuris reliqui, fundamenta ſolida iaciuntur. Francf. & Lipſ. 1740. 4.

PARS II. in qua agitur de dominio ac inde reſultantibus iuribus cumque iis connexis obligationibus. Hal. 1742. 4.

PARS III. de modo deriuatiuo adquirendi dominium & ius quodcunque, praeſertim in re alterius, vbi & agitur de officiis circa ſermonem, iuramentis ac votis, nec non de vſucapione & praeſcriptione. Hal. 1743. 4.

PARS IV. de actibus ad aliorum vtilitatem tendentibus & de contractibus tam beneficis quam oneroſis praecipuis. Hal. 1744. 4.

PARS V. de contractibus oneroſis reliquis, quaſi contractibus, modis tollendi obliga-

obligationem ex contractu, & de iure in re ſua alteri conſtituto, veluti pignore, hypotheca & ſeruitutibus. Hal. 1745. 4.

PARS VI. de dominio vtili, in ſpecie de feudo; accedit doctrina de interpretatione, de iure ex communione primaeua reſiduo; de officiis erga mortuos, nondum natos & poſteros, nec non eruditorum. Hal. 1746. 4.

PARS VII. in qua tam de imperio ac ſocietate in genere, quam de officiis ac iure in ſocietatibus, coniugali, paterna, herili atque domo agitur, ſeu ius omne perſonarum demonſtratur. Hal. 1747. 4.

PARS VIII. de imperio publico ſeu iure ciuitatis, in qua omne ius publicum vniuerſale demonſtratur, & verioris politicae inconcuſſa fundamenta ponuntur. Hal. 1748. 4.

EIVSD. vſus logicae ſuae in eruendis notionibus diſtinctis oſtenſus definitionibus iuris naturae, gentium & ciuilis in *L. 1. §. 3. & L. 6. Dig. de Iuſtitia & Iure.*

Extat in *Horis ſubceſiuis Marburg.* anni 1729. Marb. eod. an. 8. n. 2.

EIVSD. principium iuris naturae iuxta doctrinam Chriſti. Matth. V, 48.

In *horis ſubc. Marb.* 1730. n. 5.

EIVSD.

EIVSD. Programma de neceſſitate methodi ſcientificae & genuino vſu iuris naturae & gentium. Hal. 1741. 4.

Recenſetur in philoſophiſchen Büchersaal. *Part.* I. p. 92. ſq.

IOH. GABRIEL WOLFFII Inſtitutiones iurisprudentiae naturalis tum priuatae tum publicae, quibus regulae iuſti, honeſti, decori ac prudentiae diſtincte explicantur. Hal. 1720. 8.

Celeb. auctor perſpicuo ſcribendi genere vtitur, ſeruat ordinem commodum, conſtituit iuris naturae principium primum: Fac ea, quae ad veram humani generis felicitatem conducunt, & omitte oppoſita.

IOH. FRIDR. WVCHERER de quibusdam I. N. reſtauratoribus. Ien. 1710.

IOH. IOACH. ZENTGRAVII de origine veritate & immutabili rectitudine iuris naturalis ſecundum diſciplinam chriſtianorum, ad gentilium tamen captum inſtituta disquiſitio. Argent. 1678. 8.

Recenſetur in *Beyeri not. auct. iurid. Spec. III.* p. 26. ſq.

EIVSD. Specimen doctrinae iuris naturalis ſecundum diſciplinam Platonicam. Argent. 1679. 4.

IENICH.

IENICH. h. v. Reliqua Zentgrauii ſcripta ſub Puſendorfii voce occurrent.

RICHARD. ZOVCHAEI Elementa iurisprudentiae. Oxon. 1629. 8. Hag. 1665. 12.

Vid. *Bibl. iur. imp.* Cap. 1. Poſ. VII. §. 1. p. 86.

IVS PVBLICVM VNIVERSALE vide: MAIESTAS.

ANON. Diſcurſus de ſtudio iuris publici vniuerſalis & praetenſionibus illuſtribus. 1705. 4.

Vid. Bibl. Breit. Tom. II. p. 4.

IOH. FERD. BEHAIM. Inſtitutiones iurisprudentiae publicae vniuerſalis. Francf. 1691. 4.

IENICH. *Bibl. Iurid. Lip.* h. v.

IOH. BODINI de Republica libri VI. latine redditi ab auctore multo, quam antea locupletius. Editio ſecunda. Francf. 1691. 8.

Qui legit opus hoc inſigne Bodini, in ea ſaepe incidet argumenta, de quibus iuris naturae doctores ſtudioſe disquirunt. Adeo non raro Bodinus ciuilem prudentiam cum iurisprudentia naturali commiſcet, vitio nonnullis aliis ciuitatis regendae magiſtris viſitato. VINHOLD. l. c. p. 9.

IVST.

IVST. HENNING. BOEHMERI Introductio in ius qublicum vniuerſale ex geguinis principiis deductum & in vſum iurispublici particularis quarumcunque rerumpublicarum adornatum. Hal. 1710. 8.

Haec introductio ab *auctore Bibl. quadr. Iur. imp.* p. 89. *liber in hoc genere facile optimus* appellatur. Cum quo teſtimonio amice conſpirant *Acta Erud. Lipſ. Suppl.* T. IV. S. XI. p. 508. Superſtruxit his fere principiis ſyſtema ſuum Perilluſtris auctor; agenda ſunt ea, ſine quibus pax & tranquillitas ſpecialis totius corporis ciuilis conſeruari, & vnio ciuilis contineri non poteſt. Ex eoque illi felicitas hominis comparatur, cui propterea normam geminam ſubdit, internam, hominis emendationem intra ſemet; & externam, pacem ac tranquillitatem cum aliis hominibus conſeruandam. Conf. VINHOLD. l. c. p. 10. ſq.

IOH. SALOM. BRVNQVELLII eröfnete Gedanken von dem allgemeinen Staatsrechte und deſſen höchſt nützlicher Excolirung. Jena 1721. 8.

CONR. FRIDL. DE FRIEDENSBERG iuris publici praecipuorum in terris imperiorum atque rerumpublicarum contemplatio. Gryph. 1702.

GOTTFR. ERNST. FRITSCHII Conſpectus iuris publici vniuerſalis methodo ſyſte-

ſyſtematica noua ratione elaborati & ex vno principio indubio deducti. Marb. 1733. 4.

SIM. PETR. GASSERI Progr. daß das Ius publicum ad ſpecies iuris diuini gehöre, und mit dem iure naturae in genauer Verwandſchaft ſtehe. Halle 1707.

MICH. HENR. GRIBNERI Principia iurispr. natur.

Horum enim Secundus liber integer, iurisprudentiam publicam vniuerſalem p. 151 - 244. Edit. Witt. 1733. 8. complectitur.

IOH. NIC. HERTII iurisprudentia vniuerſalis. Gieſſ. 1694. 4.

Cuius Sectio Paediam iuris publici vniuerſalis continet. Conf. ſupra vocem: *Iurisprudentia vniuerſalis.*

IOH. FRID. HORNII Politicorum Pars architectonica de ciuitate. Trai. 1664. 12.

In hac indolem atque ſtructuram ciuitatis ex iure naturae docte ſolerterque explicat, & ius publicum vniuerſale adſtruxit. Conf. VINHOLD. l. c. p. 40. & *Bibl. Iur. imp.* C. I. Poſ. VIII. §. 1. p. 82.

VLRICI HVBERI de iure ciuitatis, Libri tres. Franeq. 1672. 4. recuſi ibidem 1684. & cum acceſſionibus ibidem 1694. & cum ſcholiis *Chriſt. Thomaſii.* Francf. 1708. 4.

Conf. Bibl. Iur. imp. l. c. p. 90.

CHR.

CHR. MATTHAEI KNESEBECKII Prodromus iuris publici vniuerſalis. Roſt. 1700. 4.

Specimen eſt magni, quod meditabatur operis de praetenſionibus illuſtribus. *Bibl. Iur. imp.* p. 90.

RVD. GODOFR. KNICHEN opus politicum in tribus libris omnes ad doctrinam politicam, tam quoad pacis quam belli adminiſtrationem & tranquillum & turbulentum rerumpublicarum ſtatum, nec non ius publicum S. I. R. noſtri ſpectantes materias exactiſſime exhibens. Francf. ad Moen. 1682. f.

Auctor in libro I. de doctrina politica & ſocietatibus humanis minoribus & maioribus diſſerit. In cap. II. cuius tractatio quatuor partibus conſtans prolixior eſt, primo de imperantibus, magiſtratu, & modis perueniendi ad illum agit; ſecundo de miniſtris imperantium ac ciuibus varii generis, inde de partibus ſummi imperii, vt iure circa ſacra, arma, tributa, comitia foedera, iudicia &c. tractat; tertio ad imperii romano-germanici conſiderationem digreſſus, de eiusdem origine, amplitudine, Imperatoris romani & ſtatuum imperii iuribus, iudiciis, ordinibus, ac dignitatibus ciuium, nec non vrbium imperialium ortu, iuribus & priuilegiis diſputat; quarto, quae in adminiſtratione reipublicae belli tempore requi-

requirantur, oſtendit. Tandem in libro III. cauſas rempublicam euertentes & conſeruantes tradit, ſubiunctis rerum indicibus. Vid. *A E. Lipſ.* an. 1682. p. 252. ſq.

CHRIST. LIEBENTHALII Collegium politicum, in quo de ſocietatibus, magiſtratibus, iuribus maieſtatis, & legibus fundamentalibus, item de vniuerſa ac ſumma republica romana, vtpote de Imperatore, Rege romanorum, & ſtatibus imperii romani tractatur. Gieſſ. 1620. 4.

Conſtat aliquibus Diſſertationibus, quas more academico, a ſecus ſentientium dubiis publice vindicauit auctor. IENICH: h. v.

LOCKIVS quoque de regimine ciuili huc ſpectat qui ex anglico in gallicum idioma verſus. Amſt. 1691. 12. & prodiit german. Lipſ. 1718.

ABR. IAC. OERTELII Meditationes de iure publico vniuerſali & particulari, eorumque differentiis. Altd. 1743. 4.

FRANC. SCHMIERII Iurisprudentia publica vniuerſalis ex iure tum naturali, tum diuino poſitiuo, nec non iure gentium deriuata. Saliſb. 1722. f.

Conf. IENICH. *Bibl. Lip. h. v.*

IOH. IAC. VITRIARII oratio de vſu iuris publiei vniuerſalis & prudentiae ciuilis. Gieſſ. 1701.

Vid. GLAFEY *Bibl. I. N. & G. h. v.*

CASP

CASP. ZIEGLERI Tractatus de iuribus maieſtatis. Witt. 1681. 4.

Prodiit primum ſingulis quibusdam diſſertationibus, ſub Ziegleri praeſidio habitis, quibus pleraque, quae de poteſtate & iuribus principis diſputari ſolent, exponuntur; Poſtea reuiſae ab auctore diſputationes hae, praefatione & indice ornatae, in vnum ſyſtema collectae prodierunt. Witt. 1681. 4. 1698. 4. & 1740. 4. Compara Bibl. iur. imp. l. c. p. 91.

IVSTITIA & IVSTVM vide: *Ius Naturae.*

ROBERT ARNESIVS de iuſtitia diuina & humana. Paris 1560. 4. I.

IOH. CASP. BRENDELII diſſ. de iuſtitia principis clementia temperata. Witt. 1688.

GVIL. HIER. BRVCKNERI diſſ. de iuſtitia interna & externa. Ien. 1691.

MART. CHEMNITII Diſſ III. de iuſtitia & iure, quibus ius ad forum conſcientiae conformatur. Tub. 1621. 4.

DOMINICI BRICHERII COLVMBI diſſ. de iuſtitia & iure, ſeu ſcrutinium *Vlpiani*, ICti non vapulantis in definitione iuſtitiae

& iuriſprudentiae ad L. 10. & Tit. Inſt. de Iuſt. & Iure. Lipſ. 1739. 4.

Autorem non prorſus infeliciter ratiocinari, libellumque diligenter & accurate ſcriptum eſſe, IENICHENIVS fatetur.

FRANC. CAROL. CONRADI diſſ. de iuſtitia interna, a fine iuriſprudentiae ciuilis non ſeparanda. Helmſt. 1744.

ERCOLE FRANCESCO DADINI de ea diſtribuentis iuſtitiae parte, quae in proemiis largiendis verſatur. Ceſenae 1734.

Conf. IENICH. in Bibl. Iur. Lipen. h. v.

IOH. GOTTFR. FORBIGER diſſ. de iuſtitia diſtributiua & commutatiua. Witt. 1701.

GEORG. CHRIST. GEBAVERI Diſſ. de iuſtitia & iure. Goettingae 1738.

Agitur primo omnium de vtriusque vocis origine, praemittiturque tractationi acutiſſimi iudicii deciſio quaeſtionis de auctoritate definitionum legalium (§. 1. & 2.) Deinde fit progreſſus ad iuſtitiae definitionem vlpianeam, atque docetur eam redolere Stoicum philoſophum (§ 3.), ad ICtos nihil pertinere (§. 4.) adeoque non magis, quam illam Ariſtotelis vel vniuerſalem vel particularem, quam iterum in diſtributiuam & commutatiuam diſtinguere, proportionisque geometricae & arithmeticae doctrina

doctrina illuſtrare ſolent; vbi tota Ariſtotelicae iuſtitiae oeconomia ex ipſius Ethic. Lib. V, Cap. 1, 2, 4, 5, & 7. mira perſpicuitate proponitur. (§ 5.) A iuſtitia diſceditur ad ius, quod pluribus modis accipitur, vt nempe appelletur, vel *id, in quo ius dicitur*, vel *id, quod ibi dicitur*, vel *id de quo dicitur*, vel *id, ſecundum quod dicitur*, vel, *id quod diſcitur*, ſiue quod eodem redit: ius eſt vel *locus*, vel *ſententia*, vel *hominis qualitas*, vel *lex*, vel *ars*. Quae omnia a §. 6. ad finem diſſertationis ex intimis iuris romini viſceribus probat, magnoque eruditionis cumulo illuſtrat, auctor. Facillime igitur largimur IENICHENIO, hanc diſſertationem in hac materia principem eſſe.

FRIDR. GEVRHEMII Schediaſma morale de principiis iuſti. Kil. 1707. 4.

TRAVG. IMM. IERICHOVIVS de iuſtitia diuina punitiua. Lipſ. 1729.

Glaſey B. I. N. & G. h. v.

HENR. ERNST. KESTNERI diſſ. de iuſtitia proportionata. Rint. 1699.

GOTTFR. REINH. KOESELISII diſſ. de praecognitis iuriſprudentiae, iuſtitia & iure. Lipſ. 1733.

DETLEV. LANGENBECKII Regenſtenbuch de iuſtitia, iure & aequitate. Witt. 1572. f.

CHRPH. LANGHANSENII diſſ. de proportione in iuſtitia obſeruanda. Regiom. 1708.

MICH. LEDERERI diſſ. de vltimo iuris & iuſtitiae fine. Witt. 1662.

ERNST. IOH. ERID. MANZELII diſſ. de limitibus iuſtitiae, aequitatis, iuris aggratiandi, & arbitrii iudicis. Roſt. 1738.

IOH. CASP. PFLAVME de iuſtitia commutatiua. Lipſ. 1679.

Vid GLAFEY l. c.

SAM. REYHERI diſſ. de iuſtitiae tam commutatiuae quam diſtributiuae proportionibus. Kil. 1701.

Conf. de ea *Noua Litter. Maris Balth.* 1701. p. 287.

HVGO DE ROY de eo quod iuſtum eſt. Vltrai. 1645. Ienae 1670. & Hildeſ. 1653. 12.

IOH. IVST. SCHIERSCHMIDII diſſ. de iuſtitia ciuili, eiusdemque ſpeciebus. Erf. 1733.

IENICH. h. v.

IOH. CHRIST. SCHROETER de vero ac genuino iuſti atque iuſtitiae conceptu. Ien. 1718.

CHRPH.

CHRPH, STAENDERI Tergemina facies iuſti ac iniuſti natiuâ adulterina. Ien. 1686.

GLAFEY l. c.

GEORG. THEHEN diſſ. 2. de iuſtitia vniuerſali. Regiom. 1683. & particulari. Ibid. 1685.

IOH. WITTE Commentatio de iuſto ex ſociali hominis natura deducto. Kil. 1672. 4.

STEPH. SIGISM. WLOEMEN diſſ. de iuſtitia vniuerſali & particulari, eiusque ſubdiuiſione & vſu. Giſſ. 1741.

CHRIST. WOLFFII Explicatio definitionis iuſtitiae ab Vlpiano relictae in L. 10. D. de Iuſt. & Iur.

Secundum locum in Horis ſubſ. Marb. 1729. occupat, qua demonſtratur definitionis Vlpianeae cum notionibus ariſtotelicis conſenſus.

ERRATA QVAEDAM.

Pag. 29. STRAUBU, lege: STRAUBII. p. 31. KULEWEIN adde: (*Georg. Guil.*) p. 50. *Han.* lege: *Ien.* 1604. p. 54: *alienum populum* adiice: *ſub religionis ſalviſicae praetextu geſti.* p. 66. *ſolvendum* pro, *ſolvendam.* p 71. *Lipſ.* adpone: 1663. 4. p. 106. *cultu* pro, cutu. p. 199. pro: *biograpiae*, &, *Teologicis*, pone: *biographiae*, &, *theologicis.* p. 204. *luculentiſſimum*, loco: *luculeatiſſimum*, & pro: *commentatoribue*, *commentatoribus.* p. 205. *impendinit* lege: *impedivit.* p. 220. *auſt.* pro, and. p. 340. *recenſetur:* lege, *recenſentur.* p. 348. *philoſophica*, pone: *philoſophia.* p. 359. *prodit* loco: qrodit. p. 358. *inter*, pro: *intea.* p. 363. *naturae* lege: *natura.* p. 369. *iurts*; *iuris.* p. 370. *traditone*, lege: *traditione.* p. 373. *principum* pro: *princiqum.* p. 375. *multa* diſſentiant, pone: *multi.* p. 378. EIURD. lege: *Eiusd.* p. 379. PROELII lege: *Proelei.* p. 381. CLRP. pone: CASP. p. 383. *Inſtitutiones* pro: *inſtitutionis.* & *Theſis I.* pro *Theſes I.* p. 384. *indulgentia* loco: *ingulgentia.*

ANT 1317 PP2

XVIII
B
25

Digitized by Google